

Ap Lot 291

AND
TREIT
IVLIO.
HAV
S
DIVA
AS

L
ELIM PIA
COLONIA
Apud IOANN
Sub
ANNO M

ANDREÆ
STREITHAGENI
IVLIO-MERTZEN.
HAVSSENSIS

Soc. Jen. Bus De selhorpij 1622.

DIUA VIRGINCE
ASPRICOLLI,

LIBRI IV.



ET ME PIA RES PICE MATER

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Apud IOANNEM KINCHIVM
Sub Monocerote,
ANNO M. DC. XXII.



21. N. Lat. 291

1286 761 01



2

AD SERENISSIMAM
M A G D A L E -
N A M B A V A R A M ,
PRINCIPEM ET DOMINAM
N O S T R A M .

MAGDALA, quæ Patris patriæ cō-
nubia seruas,
Boia maritali sāguine, Boia tuo.
Quæq; iubes terras, quas Iulia nomine signat,
Illustri veterem ponere prole metum,
Hoc tibi, si Princeps pateris, quodcunq; libelli,
Indicium mentis doq; dicoq; meæ.
Crebra leges illic Aspri miracula Collis,
Quamq; piâ multos Diua leuârit ope.
Omnia gesta palam: valeat, quo indice fictis,
Quam factis, versus aptior usus erit.
Quod si forte parū tenui placet arte libellus:
At Diua aurato est excipienda sinu.

A 2

Illa

Illa pie colitur vobis, spes altera mundi,
 Semper & à summo proxima cura Deo.
 Quare age vel solo tanta cape nomine Matri
 Propensa timidi fronte clientis opus.
 Sic tu, sic videat Princeps tua vita maritus,
 Communi patriæ tempora longa bono.
 Sic natus proauos olim virtutibus aquet,
 Natus, Inliaci cura secunda soli.



REIE

REJECTO MOMO

AD

Candidum Lectorem.

Mome Theonino rodis qui carmina
dente,

Et nigrū nigro spargis ab ore salē,
Sine leues aliquis, nugas seu seria vates

Scribit, & historica digerit acta fide:

Cede procul, nihil hic tecum mihi, cede poēta,

Cumq; tuis foēdum morsibus abde caput.

Candida quaruntur mihi pectora, candida,
quales

In niueo pennas corpore gestat olor:

Aut qualis noua nix, aut si quid cernitur us-
quam

Cyervo candidius, candidiusque niue.

His mea pertexit magna benefacta Parentis

Lipsiada certam Musa secuta fidem.

Ille alias inter curas, doctosque labores,

Exorsus laudes Diua Maria tuas,

Res retulit gestas Aspri miracula Collis,

Quaque Hallis fusæ promeruere preces.

Ille etiā supplex calamū tibi Diua sacrauit,

Te cupiens mentis pignus habere sua.

5

Sunt Halla testes, ubi nunc suspensus ad aram
Virgineam, reliquas eminet inter opes.
Romanosq; docet ritus, & sacra secutum,
Cuius prisa orbi Roma reuixit ope.
Quidquid nescio quis blateret sine pectore
venter,
Inferiorque ira maxime Iuste tuâ:
Qui vitio dicit rem, quæ, si vera referret,
Laus fuit egregij prima futura viri.
Quis miretur aprum siluis indagine cinctis,
Conspicto rapidos casse referre pedes?
Aut liquidis piscem linum vitare sub undis,
Quam prius hamatas mordeat ore dapes?
Quis culpet Siculi linquentem littoris oram,
Sirenum blandos ne bibat aure sonos?
Adde quod in Batauâ iã dudu viderat urbe
MORIBVS ANTIQVIS vix superesse locum.
Et pede post illi fuerat dicenda soluto,
Qua mihi nuc vincto est Diua caneda pede.
Non his villa locum chartis sibi fabula speret:
A chartis aberunt Dijque, Deaque meis.
Dijq; Deaq; aberunt, priscoru numina vatū,
Vatibus arbitrio numina ficta suo:
Cū tenebris error propè totū innoluerat orbē,
Et staret veri nescia terra Dei.
Cur toties nostro cantatur Iupiter eno,

Es

Et soror & coniunx maxima Iuno Iouis?
 Saturnum taceo, qui forsan carmine vietus,
 Aurea pacat & secula reddet humo.
 Nec decet immunes operum indulge e quietiz
 Curarum quiuis millia semper habet: (cas.
 Tu Neptune rotis labens tumida aquora pla-
 Tufacis Aenea Mulciber arma pio.
 Mars gladijs, thyrso gaudet Semelëia proles,
 Mercurius superas itq; reditque vias.
 Nunc Satyrum Phœbus vincit, nunc Pallas
 Arachnen,
 Frenaq; vindicta laxat uterq; sua. (bores?
 Quid inuat Herculeos toties memorare la-
 Quid toties odium sana nouerca tuum?
 Quid Venerem, & Veneris natum, volucresq;
 sagittas, (faces?
 Quasque Venus quassat, quasque Cupido
 Aut veteres formâ nimium prestâte, puellas,
 Quæ tenuere homines, quæ tenuere Deos.
 Europamque, Helenamque, & Phœbi vul-
 nera Daphnen,
 Et Daphnen Phœbi vulnera prima sui.
 Et quas mille solent antiqui dicere formas,
 Quasque alias nugas dicere mille solent.
 Queis sine nulla placet, nec surgit pagina no-
 bis,
 Queis sine opus genio nunc caret omne suo.

Scilicet aeternus diuinam conditor artem
Desuper in nugas & ioca sola dedit.
At veteres sequimur. sequimur, nec labilis
eui,

Nec rerum tantas cernimus esse vices.
Quantum sidereo declinis ab aethere tellus.
Distat, & à pluviâ nocte serena dies:
Tantum nostra absunt à priscis secula seclie,
Carmina sint aeo qualibet apta suo.
Apta suo veteres aeo cecinere poëta.
Ignarique Dei constituere Deos.
Sæpe aliquo monitus velo, & præcepta tegentes,

Nuda minus populo grata futura rudi.
Celestes animæ si tantum numinis expers
In tenebris ingens non iacuisset humus.
Quos si terra viros exortâ luce tulisset,
Non ullum veri laude vacaret opus.
Factaque tractassent illo, quo fita, lepore,
Nec minor ars vatuum, nec minor esset ho-
nos.

Frodat è luco stygia conuallis Homerus,
Quod dabit, Iliados carmine maius erit.
Nil non diuinum, nil non sublime mouebit,
Et canet aeterni numina magna Dei.
Bethlemitumque canet natum, castamque pa-
rentem:

Pre

9
Pro Iunone parens, pro Ioue natus erit.
Et quodcumque pio manabit vatis ab ore,
Christiadum ritus exprimet omne sacros.
For sitan & nostrum libeat ridere stuporem,
Quaeis referunt prisca somnia grata dies:
Haud secus, ac illis, quorum facundia sueta
Sola Arpinatis verba probare noui,
Conscriptosque patres, & prisca mœnia Ro-
mae,

Et, Quæquæ, & Rostris omnia nota crepat,
Ergo age, mi lector, nihil hic, nisi gestare requi-
ras,

Nil nisi sincerâ gesta relata fide.
Testis erit nobis omnis, qua dissita longè,
Quaque Sichemensi terra propinqua iugo.
Et quicunque sacra pressistis limina sedis,
Sive petistis opem, sive tulistis opem.
Nam quid ego adijciam victuras secula tabel-
las,

! Quamque facit mundo publica cera fidē?
Ferreus est, quē non moueant ea: pectora certè
Nostra mouēt, si quid pectora nostra mouet.
Inde hæc una mihi placuit, præque omnibus
una,

Materia: heroo dignior illa pede,
Si nō angustum pectus mihi magna negasset.
Et possem nervis hiscere tanta meis.

A 5

Sed

Sed quodcumque oris fuerit mihi, quidquid est
artis,

Hoc Christo, et Diva seruiet omne mea.
Languentumque pio conabor spargere versis
Per totum morbos, auxiliumque solum.
Nam Regis secreta tegi; sed facta Tonantis,
Quattuor in Mundi conuerit ire plagas.



IN

ANDRE
HAGENI O
RENTIN I

PETRI
NI CA

Forte Si
Com

Defensio

Cornibus

Et qua mille

Signaque

Tuo flentibus

Portuero in

Pro quatuor mille

Argenti annos

Sat fuisse et

Ergo et

Tuander hanc

Adi

IN

ANDREÆ STREIT-
HAGENI OPTIMI SVI PA-
RENTIS LIEROS DE DIVA
Aspricollis,

ELEGIA,
PETRI STREITHAGE-
NI CANONICI HEINS-
bergensis.

Forte Sichemensis supra Nasareia cāpos,
Cum nato Arctoi stabat in arce poli,
Defigēsq; oculos in Acuti culmina Collis
Cernebat meritis templa dicata suis;
Et quæ mille aram circum donaria pendent,
Signaque votiuo plurima fixa tholo:
Tum splendore loci vultum demissa modestū,
Purpureo tales protulit ore sonos.
Pro quanto matris compensas nomen honore,
Atq; animi quondam vulnera fæua mei!
Sat fuerat celum mī propietate dedisse,
Et posse eternā virginitate frui:
Tutamen haud cessas laudem superaddere
laudi,

A 6

Augere

Augere & nostrum per loca quaque decus.
At natus casta matris quem gloria tangit,
Et toto matrem vult pius orbe coli,
Suaviter arrides, no hae tibi munera tantu,
Sed maiora etiam, Diua, paramus, ait.
Aspice Iuliaca pagos, atque oppida terra,
Quam Pater egregio flumine Rura rigat.
Hic, cum lethalis pestis depaseret urbem
Heinsbergum, & tristi funere plena forer,
Effugiens tabem vates secesserit in arua
Proxima, & Aonij's otia tinxit aquis;
Vsq; erat ingenio feruens, sacroque furore,
Vndeno cecinit munera nostra pede,
Et quacunque tulit pietas benefacta virorum
Ad Demera nitidas pratereuntis aquas.
Hic labor aternos fama viuiset in annos,
Lausq; ingens sera posteritatis erit,
Et sacram statuam soli transmittet utrique,
Nec minus hinc Borez, nec minus inde

Noto.

Tum vero genitrix dictis latata, vicissim
Sic est virginis pauca locuta labris.
Si votis aliquis restat locus optime nostris,
Qua peto, da merito premia digna viro;
Ut post expletum fugitiui temporis euum,
Aetherea subeat regna beata plaga,
Et lauro aeterna cingatur in ordine varum,

Quorundam

Quorum cum vita Musa pudica fuit.
Annuit his natus, firmansque petita repente
Ad lauam tonitru nubibus elicuit.

EPIGRAMMA EIVSDEM.

Facta humana alij scripserunt carmine
vates,
Et decus humanum promeruere sibi:
At tu calefis dum cantas munera dextra,
Quia, nisi celesti, laude vehere patens?



ANDREÆ

ANDREAE
STREITHAGENI
 IVLIO-MERTZEN-
 HAVSSENSIS,

De
DIVA VIRGINE
 ASPRICOLLI.

LIBER PRIMVS.
 ELEGIA I.

Que Deus ad statuam Nasarena Ma-
 tris in Afro (canam.
 Colle breui fecit tempore MIRA
 Huc quicunque alio tenebris abreptus abiisti,
 Quique negas priscais rebus habere fidem.
 Ecce nouella tibi nostri Miracula secli,
 Nec Thomsoniae inscianda libris.
 Quippe palam gesta, & firmis testata tabellis
 Qui negat, & solis lumina clara neget.
 Perlege, sic dense cedant de pectore nubes,
 Meq; scias certò nil nisi certa dare.
 Ficta canant alij, falsosq; in carmina Dinos
 Ne quicquam Phœbum, Piéridasq; vocet.
 Fas fuerit puri ritus, priscaque Poëta
 Carmine siderei dicere facta Patris.

Facta,

Facta, quibus voluit Matris diffundere nomē.

Quaque cedit præceps, quā redit orta dies.
Si videt hæc aliquis, nec totā mente mouetur,

Illius silices pectus habere putem.

Illa Deū nobis monstrant, vim numinis illa,

Illa docent vera religione iter.

Hæc extra claud⁹ frustra super omnia gressū,
Auditum surdus, lumina cœcus amat.

Hanc intra licitum certam sperare salutem,

Pro quacunque iuuet parte rogare sui.

Qui miseris fers solus op̄e, semperque tulisti,
Seruator nostræ Christæ salutis ades.

Tuque ô virgo rui genitrix, ac filia nati,

Quem colis, &ternūm digna Maria coli,

Quā per in anfractu facit Admirāda Sichemi
Omnia, tu mentem Diua, manūq; regas.

ELEGIA II.

EST prope labentem Demeram non gran-
de Sichemum

Oppidulum, terrā culte Brabante tuā.

Nomē habet, seu quod pro aui victoribus illic,
Sine quo d'agrotis constituere domum.

Sic & Arescoto nomen Louis indidit ales:

Die Sichemum Martis de lare nomē habet.

Afferit eiusdem lux hoc de nomine dicta,

Quæ Luna est inter, Mercurijq; diem.

Millia Louanio non ultra quinq; recedit,

Vna-

16 DE D. VIRG. APRICOLLE

Vnaque Diesthemio conficit hora viam.
Nassouia paret genti, multumq; sub illâ
Floruit, & longâ pace parauit opes.
At nuc & patria cōmunem sensit Erynnim:
Mauortisque vices, Mulciberisque faces.
Hinc ciues habitant rari, turbaque futuræ
Seruatos instar seminis esse putas.
Haud procul hinc Collis scabra telluris, &
asper,
Exsuccum, & nullâ fertilitate solum.
Macra vacat Cereris donis, & gramine pane,
Vixque dat arbustis pabula terra suis.
Quercus erat: quercum felix ornabat imago,
Qua retulit vultus maxima Diva tuos.
Hanc veteres magnâ sub religione colebant:
Discite qua cultus extet origo pij.
Ante decem decies annos, ita fama recenset,
Solus in hoc traciū pastor agebat oves.
Quo casu incertum est; casu tamen inser a-
gendum
Effigies illi parua reperta fuit. (cere,
Quid faceret: vidit; placuit; placitamne ia-
Cum sit priuatis cultibus apta, sinat?
Tollit humo signum latus, gremioq; reponēs,
Sub nostro posthac culmine stabis, ait.
Qualecunq; rosis, hederâque ornabimus aræ
Pastores: hedera frigore, vere rosis.

NAM

LIBER PRIMVS 17

Nam neque sit tanti mihi fistula blanda, nec
ipsum

Formosum nodis, undique, & ere pedum:
Nec me densa adeo venientis tempore Maij
Tondentem nivea lana iuuabit onis.

Et mihi si quisquam pro te dare dona pararet,
Sorderent pra te dona vel ampla mibi.

Ecce autem subito, dum talia mente volutat,
Iam iam cum statua certus abire domum:
Membra stupet, rigidaque pedes (mirabile
dictu)

Desit ex illo posse mouere loco.

Telluri infixum credas, miratur & ipse

Causa latet, nimio causam stupore latet.
Hand aliter vetitum contra, dum respicit urbem;
Obstupuit Lothus, dirigitque sale.

Iamque dies exacta pecus, numerumq; referre
Iussit, & absentem cum grege querit herus.
Ut subiit collem dubius, metuensque pericli,
Cernere defixum stipitis instar erat.

Qua morata pastor segnem tenet? Omnia
narrat,

Gestaque quo fuerint ordine, quoq; modo.
Mentis herus melior recipit, sacraq; recepta
Effigiem queru, qua stetit ante, locat.
Continuo pastor vincis, animique stupore
Soluitur, & proni numen uterque columt.
Inde

18 DE D. VIRG. ASPRICOLLY.

Inde domum referuntq; pedem, vicinaq; latè
Oppida cum pagis religione replent.
Fortunati ambo: tu cui fuit illa reperta,
Tu cui consueto reddita imago loco.
Fortunati ambo, quorum licet orbis auorunt
Nomina nesciri simplicitate gemat:
Dū tamē Asper erit Collis, magnaq; Sichemū
Iam fama, à Diua dum petet aeger opem:
Dum qua nūc surgunt operoso templa labore,
Araq; muneribus conficienda suis:
Vos memores seri ventura etate nepotes,
Cunctaque non parua secula laude ferent.

ELEGIA III.

ET iā fama volans facti mirabilis omnes
Mouerat, & populo cœpit imago coli.
Utq; magis colerent morborū crebra medela,
Et tua precipue febris anhela facit.
Vndique concursus hominum: magnusque
Sichemo,
Magnus Arescoto, Dieshemioque fuit.
Poscere opem ciues, nec opem non ferre petitā,
Agricolaque boni, Marticolaque feri.
Quis senibus, quorum virtus sine labe peregit
Tempora, quis senibus nolit habere fidem?
Hoc viui; sed & hoc quos nupera fatat tulere,
Ex vero soliti commemorare senes.

Et sic

Et sic, communis patriæ suffragia testor,
Ante duo, & totidem lustra fuisse liquet.
Hinc in honore locus. sed enim perisse faten-
dum est

Hanc statuam: perijt, vine, doloue, later.
Sēper in his lustris (nā sunt hic lustra) morati
Pradones minimè suspicione vacant.
Cum decies octo, quingenti, & mille fuere

Anni à natalis tempore Christe tui:
Spectari populis illic Nasareia virgo

Desit; at cultus, qui fuit ante, manet.
Nō minus ad solitū veniunt loculūq; locūq;
Nec minus & solitam Diua ministrat opem.
Quid mirum? Sellā pharetris insignis, & arcu,
Persa sti magno regis honore colit;

Nam quia maiestas insedit regia, regis

Censet ab attatu corporis esse sacram.

Nō liceat loca sacra mihi? nec quercus ob ipsā
(Somnia ne singas) est in honore pijs.

In quercu effigies colitur, Nasareis in illa

Mater, in hac hominum spesq; salusq; Deus.

En ego, si nescis, fateor, semperq; fatebor,

In statua propriè numinis esse nihil.

Nam Deus hoc, Deus hoc genitricem munere
donat,

Quo sibi cunq; libet tempore, quoque loco,

Si correpta parens, cunctis trepidatibus, arma

Excussit

20 DE D. VIRG. ASPRICOLLE

Excussum manibus Coriolane tuis:
Idq; datum lacrymis, cum iam prosternens
muros

Staret, & inuisos ense, vel igne lares:
Nil mater Christi poterit non flectere natum,

Vt iubeat fusas pondus habere preces?
Hoc res ipsa palam docuit, mutataq; testis

Effigies, dubie quam perijisse queror.

Altera successit, successit ut altera prima,

Sexius ab amissa plus minus annus erat.

Huc, illucq; frequens prædonū turbavolabas:
Feruebat nihil segnius illud iter.

Non poterant sani populos prohibere ruentes

Huc, ubi cum fructu quisq; petebat opem,
Viderat hoc aliquis prouectā atate Senator,

Vir grauis, & Latie religionis amans.

Hic alia nudam decorauit imagine quercum,

Lignea quā paruam capsula parua capit.

Postq; Sichemensis detractā ex arbore Pastor
Aedicula ex tignis, asseribusque nona,

Quam iuxta modicam pro tempore fecerat,
infert,

Vt piiss in populi pectore crescat amor.

Quid Pastor Godefride facis? ruit undique
turba;

Non capiunt tantū tam loca parua gregē.

Iamq; parabatur sectus lapis, unde facellum

Surgeret.

Surgeret, & maius perficeretur opus.
 Nec mora, perfectum summus tibi Diua sa-
 crauit,
 Qui sacra Mechlinia Präful in urbe facit,
 Mechlinia Präful, Matthias Houius, ampli
 Nominis, & nullo vir pietate minor.
 Phœbus Iunæas orbi produxerat Idus,
 Sacraque ter gemino lux erat illa Deo.
 Quis turbam illius lucis, quisue agmina
 tanta

Dixerit, ex omni que capit orbe locus.
 Non tanto aërea bruma veniente recedunt;
 Nec tanto redeunt agmine vere grues:
 Turba nec est unquam mercatus tempore in
 urbem
 Francfurandum plenis tanta profecta vijs:
 Nec Spadana homines tam multos semita
 vident,
 Sæpe peregrino semita pressa pede.
 Si videoas, dices: Inter Miracula Diua
 Hoc quoq; mirandū non leue pōdus habet.
 Ex illo perstat matris Nasareidos illic
 Effigies, famâ maxima, mole leuis.
 At quercus non ante diu de stirpe recisa
 Decreto patrum, consilioque fuit,
 Caussa, quod è trūco varij fragmēta tulisset,
 Scissaq; iam casum, iamque minata foret.
 Quod

*Quod superest Aspro rapitur de Colle Siche-
mum,*

*Et partem à sacro robore quisque petit.
Pars Diuina vultus sculptū, simulacraq; parva,
Quaque coli fas est religione colunt.
Pars tenues cyathis partes, & frustula miscet,
Fertque salutiferam pluribus haustus opē.*

ELEGIA IV.

Ad maiora vocor: Christus sacra editus
annos

*Virgine sexcentos, millesq;, tresque fuit:
Cum velut ex alijs aliud mirabile factum
Pullulat, à Nonis, vel propè, Maie tuis.
Nec rara ante tamē: neq; n. si rara fuisset,
Cur locus in tantum suspiceretur, erat.
Sed neglecta iacent, & inobseruata libellis:
Et mihi stat certa certa referre fide.
In statua primum statuam stillasse recenti
Sanguine, res oculis pluribus hausta suis.
Publica caussa viros ex pagis quinque Siche-
mum*

*Traxerat: ex illis quisque Senator erat.
Iamq; relaturi gressum loca sacra petebant,
Submissa certi fundere mente preces.
Vnus ut infixit vultus in imagine, guttam
Illiis in labro sanguinis esse videt.*

Et tā-

Et tacitus secum: Videorne ego sanguinis, inquit,

Purpurei stillam cernere? sanguis erat.

Tū proprius gressū ferre, & contingere dextrā

Audet, & extenta tergere labra manu.

Attonitus nouitate stupet, sociisq; repente

Monstrat, & hos pariter res nouitate mouet.

Ecce loci subitō, dum sic mirantur, eodem

Altera, quam digitis tersit & alter, erat.

Tertia mox simili, simili mox sanguine

quarta

Purpurat, haud alio, quā prior illa modo.

Hanc VValthere capis tu Vuckellene niuale

Sindone, & exceptā quemque videre iubes.

Sanguinis ille color verifuit, inque sequentē

Luciferum durat sanguinis ille color.

Et color, & facies: quanquam dilutius ortu,

Denari modulo fusa, sequente rubet.

Haud mora, tecta iuuat circumspectare sa-
celli,

Ne quis dilapsa falleret humor aqua.

Nullus erat: nec erat color ipse in imagine
caussa,

Quam nullus longè tinixerat ante color.

Sed quidquid fuit, & quaquā caussā, arida
guttas

Non

24 DE D. VIRG. ASPRICOLLI.

Non nisi cœlesti labra dedere manu.
Hæc video agnoscōq; libens: hac fecit & olim;
Vt saxum fontis funderet instar aquas.
Hec eadem pluviā rigat exorata Canopi
Defectum septem messibus imbre solum.
Nunc immensa etiā manet illa potētia cœli,
Nec passum vires numen abire suas.

ELEGIA V.

Hoc tamen in statuā nunc qua Miracula
Diue
Ad statuam, paucis discite, plura dabo.
Oppido Arescoti paulūm distante Maria
Leukena, ingenuā stirpe puella fuit. (cata:
Franciscus genitor, genitrix Catharina vo.
Et spes amborum nata biluſtris erat.
Huic contracta adeo, tenuataque tibia de-
xtra est,
Vt brevior digitis pes foret ille tribus.
Inque dies cœpit marcessere, cœpit in horas,
Et multūm lenta tabe minutus edi.
Vt fluit effigies rutiloque liqueſcit ab igne
Cerea: sic tristi tabida membra luce.
Tertius incessu vix ullo praterit annus,
Nec graue Phœbea pellitur arte mālum.
Protinus ad Diuam mater (miracula matrē
Excierant) natam ducere mœſta parat.
Sub

Sub colle ad Demerā locus est vligine multā,
Et salebris ulli vix adeundus equo.

Huc in equo ventū; sed equo mox illa relicto,
Ut valet, ad Diuam nititur ire pedes.

Nititur, ac titubans, & lapsabunda petitum
Ad Collem agra quidem, sed tamen agra
venit.

Atq; hic cum carā videoas Franciscida matre
Calestem miseris poscere rebus opem.

Exemplō minuitq; malum, recipitq; vigore
Tibia. quid multis? It pedes illa domum
Ex facili: quin ipsa etiam mox tibia laue
Par fit, & equalis, ceu fuit ante, sua.

Nullaq; iam remanent tristis vestigia noxe:
Tanta Dei bonitas, tanta Maria tua est.

ELEGIA VI.

Nec Petronella fuit Ridderia experta mi-
norem:

Ni minus ex oculis, quā pede, munus erit.
Illam connubio iunctam Lambertus habebat

Balduni, in turmā, conspiciendus eques.

In Grobbendonqui turmā, quā tempore custos
Illo Die sthemij, præsidiumque fuit.

Hæc torqueri oculis magno crescente dolore
Cœpit, & in cunctos peius habere dies.

Vermibus erodi veluti sua lumina sentit,

B

Fitā.

26 DE D. VIRG. ASPRICOLLI.

Fitque bona paruo tempore cœca fide.

Quid medicus? postquam medica nihil efficit
arte.

Acer in hanc partem defluit humor, ait.

Sic pars magna solet caussari, & dicere sēperz
Hoc erat, hic ille est fons, & origo mali.

Noui ego qui cuius ausus spōndere salutem,

Stentoreo doctas iactitat ore manus,

Gente, domo, lingua, Germanus; cetera
Turca,

Innumera diues pyxide, diunes aquis.

Si fallit: quiddam febrile, ait, accidit agro.

Quod vires arti non sinit esse mee.

Sic agro medicus defuncto Aesopicus ille:

Huit misero fatum Bacchus, Amorq; fuit.

Sic &, si veteri locus est in carmine dicto,

Ardea tranandi nescia culpat aquas.

Ingemit illa malo, queritur, tantiq; doloris

Impatiens, totam commouet orba domi.

At miserata cohors matres scitantur ab ipsa,

Ecquid in hoc Diuam viserē Colle velit?

Hinc precibus multos certam retulisse salutē,

Vtq; ipsa, in Diuā stare, Deique manus.

Affensa sibitō spes, & fiducia surgit:

Ilicet opratum cum duce carpit iter.

Iamque propinquabat, cum se fregere dolores,

&tq; oculis lumen, non tamen omne, reddit.

Pergit.

Pergit, & ad fontem sub sacro ducta facello,
 Fontana primū lumina tergit aqua.
 Hinc augusta subit, quamuis angusta Maria
 Limina, submissa procubitura genu.
 Nec mora: prostrata fer opē Nasarēia, dicit:
 Nec mora, prostrata fert Nasarēis opem:
 Sanapalām recipit visum, gaudetque recepto,
 Letaque cum lati in sua tecta redit.

ELEGIA VII.

Latus humo colitur, vastusque Brabant
 tide tractus,
 Quo plures pagos, oppida rara vides.
 Aequor arenosum, Cāpania nomine, passim
 Fungosa, & pigra terra palustris aqua.
 Assiduo sed enim cultu, magnoque labore
 Subdita, ruricolis horrea messe replet.
 Incola nūc gaudet, gaudet nūc accola fructū,
 Perque vices alter vendit, & alter emit.
 Illic plus septem, mirū, quinquennia Martis
 Summa imis, summis miscuit imā furor.
 At non fracta tamen ruris patientia cessit,
 Non opus agricola deseruere sum.
 Nunc quoque prædones inter, Mauortiaque
 arma,

Pane, velut pacis, tempore, cuncta virent.
 Vix gentes alia, vix ipsa Brabantia credat,

A 2

Sit nisi

Sit nisi res sensus cognita vera fide.

Pagus in hac eadem situs est regione Merhou-
tum: (bet.)

Hic quoque materiam carminis huius ha-

Hoc Petrus in pago primos Honjbergius inter,

Notus erat censu, notus honore loci.

Namq; fuit iudex patriæ, caussaque forenses

Cum sex cognouit septimus ipse viris.

Is decies vita quinos emensus Aprilis,

Integer, & toto corpore sanus erat:

Cum subito languere miser, neruosque resoluit

Cœpit, & horredis membra stupere modis,

Tibia, genua, pedes, palmaque, & brachia
cessant,

Solaque de cunctis osque, caputque mouet.

Esse pueres, & erat viuus sub corpore funus,

Si viuum rara viuere parte vocas.

Asperat ipse dolor morbum, subigitq; iacentē

Nocte, die, tantis inuigilare malis.

Quin & tota domus sese irrequieta fatigat,

Dum mutat sedem sede, toroque torum

Turba frequens medici magno facere omnia
nisi;

Sed graue solerti plus valet arte malum.

Ergo dimissis, aliò spes mittit, & Aspri

In mentem misero Collis ab aure venit.

Scilicet audierat nostræ Miracula Diuæ,

Quam-

Quamque ferat multis auxiliaris opem.
Ardet adire locum, coramque orare salutem

Pronus, & ex animo vota, precesq; vovet.
Festa dies aderat, supera qua dicta Tonanis
Aliger ad Diuam detulit arce puer.

Venerat in curru: curru peruectus, ad aram

Tanta fuit populi turba, venire nequit.

Tollitur effigies, & ad ipsum fertur ab ara:

Ille pie libans oscula: Numen, ait.

In prece totus erat: subitum per membra vi-
gorem

Sentit, & ad vires quaque redire suas.

Ambulat innixus fulcris, tentamina prima:

His baculus; baculo mox subiere pedes.

Neue diu quenqua verbis morer: itq; reditq;

Et valet ad veterem membra, vigetque
modum.

Talem in conspectu coram vicinia vidi,

Quaque tulit tota gaudia mente domus.

Talem se populis dedit ipso in Colle videndū,

Post iterum grates dum tibi Mater agit.

ELEGIA VIII.

TE quoq; Tistelij simili Verreyckia morbo
Attonitam corpus succubuisse liquet.

Nec satis; ex oculis grauiter mox deinde laba-
rans,

30 DE D. VIRG. ASPRICOLLI.

Heut tandem & gemini luminis orba iaces:
Quos gemitus, queue Anna dabas lamenta
per ades?

Quam querulos tristi tristis ab ore sonos?
At vero duplice, morbique, & lucis adempta,

Tantum non raptus clade maritus erat.

Non illi solito vacat indulgere labori:

Vnus habet totum continsusque labor.

Cogitur immotam saxi, vel stipitis instar,

Nunc huc, nunc illuc ferre, referre miser.

Nox erat ad lectum miseram ceruice ferebat:

Lux erat, à lecto triste ferebat onus.

Sic eisdem sublata humeris sellaque, focūq;

Sic trinis mensam mensibus agra petit.

Sorte infelicem, felicem coniuge dicas,

Cuius in officijs omne leuamen erat.

Coniugio fixum, qua forsu. Deus ut tulisset,

Vnanimis animis, tristia, lata, pati.

Iste facit, tadaque memor, legisque marita,

In vita censem coniugis esse suam.

Ergo ambos pariter, labor hunc, dolor oppri-
mit illam,

Nec nisi diuina spes bonitatis alit.

Tisteli pagi loca sunt vicina Sichemo:

Vicina ad promptam Virginis itur opem.

Hanc flexo petit illa genu, potiturque petita:

Cum membris, oculis, altera vita redit.

E L E.

ELEGIA IX.

AT non auxilium tantum (quis credere posset?)

Diua; sed & vindex criminis ipsa fuit.

Diesthemij ciuis (prudens nomenque, domusq;

Pratereo) duri cordis, & oris erat.

Ille sua matres alias cum coniuge ridens:

Ecquid ad hanc pupam, dixit, adire iuuat?

Pluraque que soliti vel religionis auit &

Spretores, vel quos lingua proterua tinet.

Atque his assidue sannis, & scommate gaudens,

Non circumspetos fundit ab ore sonos.

Stulte quid in Diua toties Nasareide ludis?

Quid miser irrides agmina casta nuras?

Accersis risu lacrymas, & numinis iram,

Inque tuum cogis tristia damna caput:

In fabrica veluti rodit cum vipera limam,

Quam limam dentes atterit ante suos.

Exemplū cuius poterit graue Zwickius esse,

Et Rysselmannus: doctus uterque malo-

Soluit in Hallensiē leuis impia Zwickius ora,

Et verba amissis naribus ista luit:

Et Rysselmannus stygias ob crima lingue,

Truncatus mentum glande petiuit aquas.

Tempore quo Batauum Bruxella ductor ab
urbe

Hallas nocturnis ausus adire dolis,
 Cogitur à paucis vestigia vertere retro,
 Et celeritenebris tectus abire fugâ.
 Est sua cuiq; malo, nec abit sine vindice cul-
 pa,
 Et quam sera venit, tam fera pena venit.
 Audijt ipsa leuis Virgo conuicia lingue:
 Credibile est sacras immaduisse genas.
 Seu tu supplicium, seu tu benefacta vocabis,
 Nil moror: hac illo parta fuisse liquet.
 Extemplo sine caussâ aliâ, sine casibus ullis,
 Qui fuerat sano corpore, claudus erat.
 Quin miserum inclusus media intra pectora
 torquet,
 Et subigit lecto decubuisse dolor.
 Agnoscit monitus numen, pœnamq; fatetur.
 Insanum dictis se meruisse suis.
 Vertitur ad Diuam, mœrensq;: Heu pœnitet,
 inquit,
 Pœnitet, & facti me malecrimen habet.
 Et prece submissa pacem, veniamq; precatus,
 Utq; iterum valeat munere Diua tuo:
 Ad collem votum ire sacrum, sacrumque re-
 pentè
 Ad Collem voti nititur ire reus.
 Venit, & ô bonitas, subito fit corpore sanus:
 Nec minus & factum mente fuisse reor.

ELE.

ELEGIA X.

Sic ea Diesthemij: sic & res altera facta
Diesthemij certa noscitur esse fide.

Raptus Ioanna Masiæ Ludouicus ibidem
Castelius, tristi morte maritus erat.

Parvulus unius mansit non amplius anni,
Solamen matris, deliciumque suæ:

Delicium prius & domino solamen adempto,
Postque dolor matris, suppliciumque suæ.

Nam miser affligi coepit, morboque trimestri
Tabescens, totus pellis, & ossa fuit.

Omne malū gaudet socio: mox lumine dextro
Prinatus, cacos caculus inter erat.

Quid, quod & enascens puerili in gutture
mentem

Perculit angoris tertia caussa tumor?
Et puer, & mater confecti parè dolore:

Hæc animi, & nati corporis; ille suo.

Quid faceret, vel quid tandem superesse pa-
taret?

Nil intentatum sedula liquit opis.

Et lacrymans: Tu solus, ait, tu parvule solus
Mollibus matris fati paterna tua.

Nec me desertam, quamuis deserta, putauis,
Castelius sospes dum mihi parvus erat.

Nunc morbus gutturque tumens, & lumen
ademptum,

B 5

Tot

34 DE D. VIRG. ASPRICOLLI.

Tot mala, sunt luctus visa nouare meos.
Si non tabe color teneri marcesseret oris,
Quām tenero poteras ore referre patrem?
Sed languet facies, ut flos contusus aratro,
Vt rosa, quām gelidis flatibus vrit hiems.
Quātula fert etas quā tristia? ferreus ille est,
Qui nostram potuit non doluisse vicem.
Omnia tentāui, nec adhuc mea cura subire,
Dum spiras ullum nate recusat onus.
Auxilium terrestre deest, cælestē petemus:
Omnis in hoc uno sp̄sq; , salusq; mea est.
Dixerat, & geminis vlnis complexa tenellā,
Materno fouit languida membra sinu.
Et parat ad Diuā : Diuā ter in ordine sexto,
Qui Veneris, vovit visere quoque die.
Incipit, & primā sacram vice ponit in aram
Infantem: positus mitior ille fuit.
Et dulcē placide somnū in materna receptus
Brachia, quod nunquā cōtigit ante, capit.
Rursus adest, rursus melius : iamque ultima
restant
Debita, que simili soluit ut illa fide:
Et puero vires redeunt, & lumen ocello,
Omnis & à tenero corpore languor abit.

ANDRE

ANDREAE
STREITHAGENI
IVLIO-MERTZEN-
HAVSSENSIS,

De

DIVA VIRGINE
ASPRICOLLI.
LIBER SECUNDVS.
ELEGIA I.

Iamq; salutifera Matris benefacta fe-
runtur
Longius, & versus longius ite mei.
Est antiqua domus Traiecti in finib. Hochtū,
Sacra sacrī rebus, virginē quo choro.
Quā Mombeckana Francisca Antistita gētis
Dum regit exemplo religiosa suo:
Incidit in morbum, quem quod curare necef-
se est
Molliter, à regum nomine nomen habest.
Iterus aspectu leuat hunc Phœbæ volucris,
Cumque leuat donis occidit ipsa suis.

B 6

Hinc

Hinc & idem nomen ductum est, & uterque
vocati

Icterus Argiuo morbus, auisque sono.

Hoc penitus correpta iacet, lentoq; per artus
Picta auro, noctes agra, diesque gemit.

Leodio medicus mox accersitus ab ipsa

Urbe Machaonia primus in arte venit.

Qui simulac agra vultu, morbumq; notauit,
Ingenuo mentem detegit ore suam.

Spem vite tenuem, tenuem superesse mede:
Namque sibi nullo signa placere modo.

Pharmaca nescio qua tandem prescribit, &
herbas,

Vt nihil à tanto ne videatur agi.

Non latet ictericam: quis enim potuisse latere

Crediderit, medico rem referente palam
Pharmaca constanti vultu contemnit, &
herbas,

Verbaque nullius ponderis esse putat.

Omnis spes Diva stat in Aspri virgine collis;

Quam nequeunt homines, hac feret, in-
quit, opem.

Concipit & votu, sed enim quia corpore vires

Deficiunt, quamvis vellet, obire nequit.

Vna ministrarum coetus venerabilis Oda

Mittitur, & supplex, quod nequit illa,
facit.

Quæ

Qua reditum fusis precibus meditata petiuit,
 Et tulit à quercu frustula pauca sacra.
 Accipit agra piè gaudens optabile munus,
 Inque suo potu miscuit, inque cibo.
 Hac ope morbus abit, solito redeunte vigore,
 Seque videt totam conualuisse breui.
 Gauisus meritas te salua Antiflita grates
 Virgineus toto pectore coetus agit.

E L E C I A II.

AT nunquam glacies, nunquam crystal-
 lina, nunquam
 Firma valetudo res diuturna fuit.
 Est species morbi, nostris Angina vocatur,
 Quod grauiter fauces angere dira solet.
 Hac quoq; post eandē magno discrimine cepit,
 Aggregiens patulum claudere vocis iter.
 Qui color est mōris tunc cū matura legūtur:
 Illum cum lasso gutture lingua trahit.
 Chirurgum celebris fama, medicumq; vocari
 Imperat, & missa venit uterque mora.
 Ex usū visum sub lingua incidere venam:
 Ceditur, at nullo sanguine cæsa fluit.
 Fit bis idē, fit ter frustra, nec guttula stillat.
 Quid medici: mussant, dissimulantque
 metum.
 Ast ea nuper opem diuina experta Parentis,

38 DE D. VIRG. ASPRICOLLI

Votiuas memori nuncupat ore preces.
Rursus & è sacris famulis ad limina nota
Mittit. eunt, redeunt, & credit alma salas.

ELEGIA III.

HÆC inter nunquam tacitus Bertran-
dus abibit,

Non leuis auxilij testis & ipse dati.
Inculpata viro vita; ars Vulcania censuræ:

Eque tuis Huyum ciabibus urvis erat.
Huyum Legiacis urbs nō male cognita terris,
Cine frequens, plateis ampla, decora lare.
Occupat hunc morbus suspirij, & angit ar-
belum,

Et vitium in lumbos, debilitasque venit.
Principio (neq; enim potis est tolerare labore)

Friget, & hinc paruo tempore cessat opus.
Quinq; adeò menses sine gressu, & virib; ullis
Cogitur in lecto plus minus esse suo.

Tandem decubitus fessus, spatiisque, sub illis
Quo tumulo Christus, surgit & ipse dion.

Sed pede, dum timide vestigia ponere tentat,
Vel toto breuior tibia laua fuit.

Mirarique, angique simul: fulcrisque lacertis
Suppositis, lento nititur ire gradu.

Sic fuit ad tempus: rerum cum fama nouari
Ad cupidas aures, Diuaque nostra venit.

Im-

Impetus est illi, miserorum inuisere Asylum:

Hoc sacra figenda est anchora visa loco.

Claude quid aspiras, proles Vulcania, frustra?

Tu cupis; & nequeūt, quò cupis, ire pedes.

Vt titubent artus, animus me transferet, inquit:

Ille mihi vires fecerit, ille gradum.

*Nec currus, nec opes ad currum, aut arā su-
persunt:*

Fulcra manent, fulcris carpere nitar item.

*Hac mihi currus erunt: Hoc est, hoc scilicet
illud:*

Vt quimus, quando non licet, ut volumus.

*Iamq; viam ingressus cœpit testudinis instar
Pergere, cum fermè Iunius actus erat.*

*Quinta dies absumpta ferè, gressuq; trementib;
Millia post tergum liquerat acta decem;*

Cum collem tetigit multūm lassatus eundo;

*Quanquam animus, quanquam spes bona
membra leuat.*

Ante arā procumbit humi: ter deinde facellū

Circumiēs, calidas fundit, ut ante, preces.

*Postquam iterum, afflari violenta visus ab
aura est,* (ire vigor.)

Cumque hac membra calor, membra sub-

Tertiū ut ambiuit, cōtracta extenditur apie

Tibia: nam dextra par fit, & aqua sua,

Latare.

40 DE D. VIRE. ASPPICOLLI

Latatēm simul, & trepidantē mente videres
 Credere vix, vera se valuisse fide.
 Credere res cogit; dubium res eximit omne:
 Iam credit vera se valuisse fide.
 Abiectis alacer fulcris, contendit ad aram,
 Cumque pia grates laude decenter agit.
 Et post fecit idem: paucis post mensibus ipso
 Rectus in hoc iterum Colle, valensq; fuit.

ELEGIA IV.

Finitima est Menapis urbs libera, regia se-
 des,
 Delicia quondam Carole Magne tua:
 Nunc magis eiusdem monumento, & pulue-
 renota,
 Caria quam regis marmore nota sui.
 Huius nomen Aquæ, quod in ipsa magna re-
 dundet
 Copia frigentis, magna tepentis aquæ,
 Quā Granus reperit, qua tempestate Quirites
 Gens valida, Aduaticis incubuere locis.
 Hic ubi nunc geminis secernunt mænib. urbē,
 Tunc fuit herbosis plurima silua iugis.
 Captus amore loci Granus, lymphisq; reper-
 tis,
 Hic traxit posita sapius arce moram.
 Certa vides hodie Grani vestigia turrim,
 Quam

Quam liquet auctoris nomen habere sui.

Post aliquot posuit seclorum tempora muros

Carolus, hoc ipso captus & ipse loco.

Hinc caput urbs effert lympharum munere
nata,

Quae nunc innumeris eminet aucta bonis.

Omnia, templa, domus, plateaeque, & curia,
visu

Sledida, & in medio Martia lympha foro.

Huc ruit ad thermas, placitum cui membra
fouere,

Aut calido foedam tingere rore cutem.

Huc quoq; reliquias septeno plurimus anno
Spectatum ex variis partibus hospes adit.

Reliquias, quarū prima thesaurus in aede est,
Inclusus gemmis, diuitiisque Tagi.

Hic est, hic Diu& gestata subacula Matri,

Tunc cū hominē partu virgo, Deūq; dedit.

Hic & fasciola Christi, pannusque cruentus,
Quo saura pendens de cruce tectus erat.

Quoque tegebatur decusso vertice truncus,

Qui Domino famula voce paravit iter.

Hic crucis, hic clavi partes; oleumque beatæ
Costidis: hic supero quod Ioue māna pluit.

Et caput ingentis, nec non & brachia Carli,

Et cornu, & cinctum quo fuit ense latus.

Quis zonas o Christe sciens, Matrisq; tuāq;

Præ-

42 DE D. VIRG. ASPRICOLO

Pratereat : corpus quis Leopardetuum?
Tunc manus vincitus Christus raptatus ab
Anna

Ad Caipham, & Ponti præsidis ora fuit:
Illic ille manet funis: nec arundinis illic,

Nec sudarioli pars aliquanta deest.

Non pars illa crucis, tumulo qua inuenta sub
ipso,

Cum libro fuerat Carole Magne tuo.

Ille liber sacer est Euangeliique salubrem

Bis gemino cunctis fonte ministrat aquam.

Rolliquias Stephani taceo, sacramque cruentem,

Quem iurare super Regibus usus erat.

Sed nec Ioannis referam supereffe capillum

Baptiste, aut capitis virgo Maria tui.

Quid, quod & effigies Nasarena argentea
Matri,

Ipsaque, quam Luca dexterè pinxit, adest?

Praxiteles redeat, redeat Theodorus in orbē.

Fundat & hic veteri, sculpat & ille, modo:

Tantus uterque sua quodcumque expresserit artis,

Collatum statua sordeat omne sacra.

Et Luca, si quam Cous depingat Apelles,

Possit Apellea gravior esse manu.

Atque has de sancto totus Simeone lacertiss,

Deq[ue] Petri vincis annulus auget opes.

Denique Anastasia caput hic, & spogia Christi,

Relli-

Relliquiaq; alia, relliquiaq; Spei.

Carole quid memorē niuei tibi velleris Agnū;

Pontificis Latia munus ab urbe datum?

Aut quid acupictos vultus Nasareidos addā;

Aduens quos captus religione dedit?

Illud opus quondā telam vicisset Arachnes.

Vicisset telam Palladis illud opus.

Hac super accedunt diuini Cesaris ora,

Cuius Aque præstas omnia munus habet.

Yrbis hic, & templi positor de partibus orbis

Omnibus, huc cineres, ossaq; sancta tulit.

Æternumq; sibi nomen cœloque, soloque

Fecit, & aethereæ premia sedis habet.

Sed neq; cōpletū, quāuis iuuet, omnia possū;

Nec scopus, ut possim, carminis ille mei est.

Carminis ille mei scopus est, Miracula collis

Dicere. Propositum Diuateramus iter.

Ergo ab Aquis-Grani non multis passib. urbe

Effelbecka solo diuite pagus abest.

Inde Maria fuit dubia Iseranda salutis

Fœmina, dum morbi vis diurna manet.

Quæ postquam melior loca subterranea cellæ

Intrat, in extremo corruit icla gradu,

Nā nouis iuaudit, Graii Apoplexia, morbus,

Et miseram subito verbere sternit humi.

Dehinc munus præstare suum iā nescia vita

Mēbra, latus lauū, pesq; manusq; negat.

Addo

44 DE D. VIRG. ASPRICOLLI

Adde quod in pugnum neruis astricta recludi
Non vi, non ulla possit ab arte manus.
Luna bis implerat reparatis cornibus orbem,
Tertius & media parte peractus erat.
Metio fit Collis, Collē petit: utq; propinquat,
Pruritum veluti sentit adesse manus.
Res haud facta alia: ideo, ceu mortua, sensū
Perdiderat, stimulo non dolitura graui.
Tum verò illius sensuq;, vsuq; recepto,
Pandit, & in certam versat, agitque fidē.
Ipsaq; sub tectis, Aspro qua proxima Colli,
Turbatas compsit, restituitque comas.
Nec secus & reliqua partes traxere vigorem:
Sana Maria redit, sana Maria manet.

ELEGIA IV.

Hinc porrò Henrici (tulit hunc Limbur-
gia tellus)

Ordo Caphenberg I me meminisse iubet.
Hic quoque non frustrà precibus te Diua vo-
cauit:

Ecquis enim frustrà te prece Diua vocet?
Tu quodcunq; mali nostra ceruice repellis,
Et facis accepto gaudia ferre bono.
Tu verè ostendens te miti pectore Matrem,
Dicis: Io votis annue nate piis.
Totus claudus erat, resolutusque undique
neruos,

Vix

Vix etiam fulcris, vix potis ire datis.
 Bis quater exactis completur mēsibus annus,
 Ex quo diffici subiacet usque malo.
 Interea mente percussus, quidquid ubiq; est,
 Auxiliū tentat, consilīque pater.
 Omnia nequicquam. neque enim vis illa re-
 mittit;
 Plus valet auxilio, consilioque malum.
 De Diua audierat: iuuat ire, & visere Diuā.
 Quoque pia intendit mente, tetendit iter.
 Orbifestus erat, quo per montana propinquā
 Prægnantem prægnans virgo salutat anū.
 Fudit ab ore preces supplex, fusisque reuertit
 Iam melior: melior corpore, mente, pede.
 Sed dum transit Aquas-Grani, pronusque
 Mariam,
 Tutelam illius sedis, & adis adit:
 Fortior è fulcris unum à se proijcit, uno
 Artus contentus sustinuisse suos.
 Inde sub Augusti repetēs loca sacra Kalēdas,
 Ut prius, in noto Colle petiuit opem.
 Moxq; omni de parte valet. nō fulcra requirit
 Amplius, ut ullo stipite firmus eget.

ELEGIA VI.

Est geminos inter montes urbs laude ve-
 tuſis

Haud

46 DE D. VIRG. ASPRICOLLI.

Haud cedens, muris non male firma fuit.
Dicta velut proprietor murus: vox unde Na-
murum
Teutonicis quondam ducta videtur anis.
Nobilitate potens, cultuq; insignis, & arce-
Imposita celso conspicienda loco.
Quam iuxta serpens sinuosis leniter undis
Mosa laboratas alluit arte domos.
Huc mecum lector paulisper vertito mentem.
Inque suburbanis percipe gesta locis.
Hic dulcis coniunx Gulielmi Iana Boyfi
Casia, bis senis messibus agra fuit.
Hernia torquebat miseram: nam rupta tot
annos
Parte sui infelix fonsit vtraque malum.
Addo quod ex alto pecori dū pabula præbet,
Diffracto dextro poplite pressit humum.
Quā potuit, medicata fuit; sed crurer retracto
Claudicat, & veteri non valet ire modo.
Tertia quin etiam manifesti causa doloris
Cœpit in afflictæ surgere ventre tumor.
Ille modum supra paruo post tempore crescens,
Humanum potis est exuperare caput.
Heu quid tunc animi miseræ? Spe, virib.. orba
Cogitur in tristi decubuisse toro.
Ut ferus oppugnat diuersis cladibus urbem
Miles, & ex omni mania parte subit:

Non

Non aliter nostrā variis sors pessima morbis
Urget, & ex omni parte dolore premit.

Admetit medicos, medicos dimittit; at illi
Arte malum doctā plus valuisse dolent.

Interea vicina loco matrona iacentis

Astat, & hos fido promit ab ore sonos:
Quin tu lana paras rebus melioribus uti,

Atque Sichemensis poscere Matris opem
Non frustra posces: Dina exorabilis illa est:

Posce agedū, certam iam tibi spondet opem.
Ipsius coner lapides numerare facili,

Quamq; sit in tecto tegula multa sacre:
Aut Demera guttas, aut ripa gramina Ianæ,

Si quot sanati, quique, referre velim.
Aspice in his ego sū: nā me dū calculus ursit,

Auxilium præsens Diua vocata tulit.
Dixerat: illa bibens non surdis auribus ista,

Verba putat caelo missa venire sibi.

Et putat, & res est. Igitur spē concipit intra

Pectus, & extemplo vota, prece que facit.
Sed quid ego hic autem memorem? res mira

relatu est,

Quamque fide, effectu certior illa suo.

Venerat, & cœpit totis sanescere membris:

Namq; triplex membris cœpit abire malū.

Hernia spē citius retrò solidata referri.

Inque ipso tristis sidere ventre tumor:

Tibia

Tibia firmari neue hic re tardior ipsa
 Sermo sit, horarum tempore sana trium est.
 Ergo potens voti surgit, stratoque relicto
 Fert facilem nullo stipite nixa gradum.
 Palmari sed enim iam tum quoque pænè
 sinistrâ
 Mensurâ breuior tibia dextra manet.
 At postquam votum soluit rea, tēditur ultrō,
 Et lauo vix est pollice crure minor.
 Rursus, Quid? stupeo. quid tute calumnia?
 nunquam
 Hic quidquam arguto feceris ore, tace.

ELEGIA VII.

NI facias demens, promptam in menda-
 cialinguam
 Elinguem cunctis res manifesta dabit.
 Sed tu Musarum studijs insignis, & arte
 Louanium, veri conscientia, testis ades.
 Tu quoque sacrata laudes de Virgine dicas,
 Sapè experta domi numina, sapè foris.
 Quodque edam tenui versu. tu sedula sparge,
 Sitque piæ spatiū laudis, & orbis idem.
 Vir fuit hic opifex, vitreas aptare fenestras
 Doctus, & hac Lipsi notus ab arte tibi:
 Gualterus reliquos ciues Gillonius inter
 Non malus, & quicū nocte micare queas.
 Filia

Filia bis senis unum coniunxerat annum,
 Quæ tribus à morbo debilis ante fuit.
 Infestant miseram iuuenili in corpore struma,
 Ulceraque in varijs non numeranda locis.
 Illa caput peftis, cumque ipsis brachia palmis,
 Illa femur geminum corripit illa pedes.
 Sed caput ante alios artus, oculosq; genasq;
 Osq; graui, atque aures obsidione premit.
 Talis Iobus erat, tibi cum Deus optime lau-
 des

In medijs humili diceret ore malis:
 Sic visum Domino: dedit hic, hic abstulit:
 illum

Tristi aequè, ac leto sit coluisse mihi.
 Talis erat mense tenuis cui mica negata est,
 Lazarus immitis Diuitis ante fores.
 Iamque supercilium diducere, pandere labra,
 Vix finit, in tristi qui sedet ore tumor.
 Interea nunc hic, nunc illic ulcere rupto.
 Longius astantes fator abire iubet.
 Nam quod putris olet diffracto pullus in oue,
 Quodque locus sella prisce Patrocle tua:
 Et quod corrupto putrefacti in flumine pisces:
 Hoc olet, aut grauius si quid olere potest.
 At mater frustra, frustra pater omnia tentat.
 Flentque sua natæ moestus uterque vicem.
 Tres adeò iacuit cunctis miserabilis angos,

C

Nec

50 DE D. VIRG. ASPRICOLLE

Nec potis è primo limine ferre pedem.
 Postquā de Diuā: caros rogat illa parentes,
 Vel sibi permittant, vel comitentur iter.
 Cui pater: His humeris tollaxi te filia, dixit:
 Sarcina nam patri parua futura tuo es.
 Illa autem: à genitor me si permittitis ire,
 Ibo pedes, miseram Diuā iuuabit, ait.
 Dixit eunt, & iter socium vicinia carpit,
 Altera Sextilis cum fuit orta dies.
 Serius; at tandem, magno tardante dolore,
 Votium tetigit fessa puella locum.
 Procumbunt omnes pariter, numenque pre-
 cantur:
 Moxq; suam redeūt à prece quisque domū.
 Hic animo melior, nec non & corpore nata,
 Cantare, & veteris non meminisse malī.
 Post redditū cenanq; domi, somnūque capessit,
 Linquit & ignorā manē parente torum.
 Ipsaque se comit, se vestibus induit ipsa,
 Quaque diu nunquam fecerat, illa facit.
 Quin etiam interulas, certa argumenta sa-
 lutis,
 Ostendit mundas, & sine pure suis.
 Nec dolet: id mirum patni, matrique videri;
 Qui dubitat ant ipisis rebus habere fidem.
 Lintea perlustrat ambo, & post linteā corpus,
 Ulceraque ad sanum cuncta coisse vident:
 Vixq;

Vixq; cicatrices, veteris vestigia morbi,
 Iam nunc ex aliquâ parte notare cutem.
 Tum verò Dina grates persoluere dignas
 Intenti votis latus uterque parant.
 Vesper erat: mater natâ secura valente,
 Eodem cum reliquis hanc iubet esse tare.

ELEGIA VIII.

HEnricus decies septem Visscherius annos.
 Et sex, iam senio præcipitante, satus,
 Berthemij in pago, clarâ qui distat ab urbe
 Louaniâ, passus mille, moratus erat:
 Hunc aliud cepit præter fera damna senecta,
 Qua pér se grauis est morbus & ipsa malu.
 Tibia namque adeo cum laua dextra tumes-
 cit,

Ut nequeat pedibus nectere vincla suis.
 Ulceraq; hinc surgunt, & in ipss ulcera surgunt
 Ulceribus, medicâ non relevanda manus,
 Turpia, percussis oris à sidere, carne
 Mortuâ, uti Cancri dixeris esse luem.
 Nec leuis electi, commisto sanguine, puris
 Astantes longè sedere cogit odor.
 Nam quod aluta recens foedis educta lacunis,
 Quodq; olet infecti spiritus oris, olet.
 Neu quinā tatus carpit dolor intima, clamat:
 Num saui arrodunt intima nostra canes?

52 DE D. VIRG. ASPRICOLLI.

Pre monebatur, celebremque inuisere Collem:
Nec monitus surdâ negligit aure senex.

Quàm patri soboles paret, quàm recta iubeti
Patrono, veritus iudicis ora cliens:

Quamque sui medici verbis, & nutibus ager,
Quem grauis affecto corpore febris habet:

Tam miser auxiliij cupidus prisque salutis,
Audit, at audiri non valet ipse suis.

Quippe timent, quoniam morbo confectus, &
annis,

Ne cadat in primâ deficiatque viâ.
Ergo alijs visum est, fassum peccasse inuari
Ante salutifero quam paret ire, cibo.

Quod simulac cui factum de more prioris,
Selata in currum mente, viamque dedit.

Ter sacram vouet ire viam, ter visere Diuā,
Idque pijs suasu, consilioque viri.

Das seruare fidem: Diuūm pater ipse: vouete,
Et mihi votorum soluite vota rei.

Iuerat, & magna subito se parte remittit
Cumque dolore tumor, cumque tumore

dolor. (restant;

It rursum, rursum minuunt iamque ultima
Hac quoque coelesti debita reddit ope.

Vt redit medios inter allapsus amicos
Linquitur, atque animo deficiente iacet,

Obstupuere omnes, præsens in limine adesse
Letum,

Letum, nec vita spem superesse rati,
 Sic te, sic quondam crebras iacuisse per horas,
 Vrbis Agrippina gloria Scote ferunt.
 Tandem discussis tenebris, ac nube remotâ,
 Mens sensim, & sensus, qui fuit ante, redit.
 Tum verò: melius iam nunc habet utraque,
 clamat;
 Tibia: & ex illo conualuere die. (Etis
 Ipsaque, qua dudum penitus demortua cun-
 Visa, suâ viuit sponte, vigetque caro.
 Iamque cicatrices ostendit ab ulcere sanus,
 Lataque palmaris signa relictâ modo.

ELEGIA IX.

Louanium vates, unde huc digressus abi-
 sti,
 Louanium versis Musa recurvat equis.
 Hic ades variae, domus & sub numine Diuū
 Propria virgineis multa dicata choris.
 Ex quibus una frequens, cui præsidet Ursula
 virgo:
 Dimidiata tua iuncta Platea via est.
 Haec etiam memorat magna bencfacta Pa-
 rentis,
 Quamque Beatrici conciliârit opem:
 Quæ minimas inter, Laicas dixere, sorores,
 Ordine, quam reliqua non pietate, minor.

C 3. Occu-

54 DE D. VIRG. ASPRICOLLY

Occupat hæc humerū subter, iuxtaq; papillā
 Dextram, deformis parte priore tumor.
 Idque enascentis species dirissima gibbi
 Aut suit, aut usum est omnibus esse malū.
 Fœda, molesta lues, magnum factura dolorē,
 Præcipue admota sollicitata manu.
 Tunc etenim solito longè magis aspera fuit,
 Perque os eiecto sanguine tingit humum.
 Hac ita perpetitur senis cum mensib; annū:
 Et quām causa latet, tam medicinalatet.
 Diuam adiit, fuditque preces, sensitque re-
 pentē
 Affectus partes, & loca tacta trahi.
 Reddita Louanio, votua redditæ cellæ,
 Per noctem dulci membra sopor erigat.
 Mane erat illa valens surgit, stratumque re-
 linquit,
 Nullaque sanati signa tumoris erant.

ELEGIA X.

Mene filere meo patrios in carmine fines?
 Et de Iuliaco nil memorare so' os
 Aut quasi Iuliades omnis desertor auiti.
 Tramitis, ullius ne meminisse quidem?
 Tunc licet ingratum me Mertzenhauffia
 culpet,
 Et dicat: Non est ille Poëta meus:

Quo

Quo Petrus pater, & Gertrudis mater inau-
ras

Aethereas puerum me genuere loco.
Ambo pares censu quondam, natalibus ambo,

Qua non siemna, tamen dicere iusta queas.
Exitit & iudex genitor, caussaque forenses

Cum sex cognouit septimus ipse viris.
Inculpat a fides illis, vicinia testis,

Perstitit, & timidus vixit uterque Dei,
Vtq[ue] toro fuerant iuncti iuuenilibus annis,

Legitimo placidi consenuere toro.
His pueris septem genitis, & quinq[ue] puellis,

Quinq[ue] dedit generos copula, quinq[ue] nurus.
Nam duo vi morbi, tener alter, & alter ad-

ultus,

Occiderant fratres, hic foris, ille domi.
Ac prius e curritis turbam videre nepotum,

Quam sociam fato deserit ille tori:

Quid, quod gauisa est natos vidisse nepotum
Mater, ut in vidua fede superstes erat?

Hoc natos natorum, & qui nascuntur ab
illis,

Quod rariss tribuit vita, videre fuit.
Iamque maritali requiescit & ipsa sepulchro,

Vnum & Bermensi iungit in ade duos.
Saluete aeternum, Christoque eterna fave;

O mater uobis, o pater esto quies.

56 DE D. VIRG. ASPRICOLLI

Interea quoniam cunctis vixissis amici,
Nobiscum cineres pagus & ipse colit.

Dives opum pagus, quem campi, & pascua
circum,

Quarrigat admissa Mertzia riuis aqua.
Nene feris latebra, vulgo ne publica defint,
Hinc montes, illinc cedua filua viret.
Iuliace in medio terra, nimiumque propin-
quus

Vrbs princeps muris Iulia firma tuis.
Nec minus & reliquum, quam longe exten-
ditur, ora

Iuliaca magna fertilitate solum est.
Omnia ruricolis, quorum indiget usus, aratro.
Aut rastris largè culta ministrat humus.
Multaque frumenti partem exportantur in
omnem

Millia, finitimis copia grata locis.
Tantum pacis eget, quam tu miseratus ab
alto,

Eiecto duplice milite, Christe dabis.
O ita: sic omnes & nos & sera nepotes
Turba, tuas laudes, & tua facta canant.
Illiis est igitur Matthias incola terra
Packgenius, quo non fractior alter erat.
Quæ species morbi Graijs Epilepsia, nostris
Herculis à magni nomine nomen habet:

Vel

Vel quia concilium soleat dissoluere Roma.

Ex illo Latian nomen ab urbe tulit:

Vel quia præcipue cerebrum sacraria mentis

Infestet, Maior dicta, Sacerque fuit:

Septem annos tenuit vario languore cadente

Sepius, atque uno terque, quaterque die.

Spumantem videas, ac dentibus infrendinge

Atque illidentem membra, caputq; solo:

Et fera iactatis geminantem verbera palmis,

Mordentemque artus ore fremente suos.

Quicunque astiterant sortem miserantur a-

cerbam: (timet.

Pars gemit; hic lacrymas non tenet; ille
Fama sacri Collis, Demeraque ad flumina

Diu&

Venerat in fines Iulia terra tuos:

Cum post longa miser Jeptennis tadia morbi,

Huc etiam missa pergit adire mora.

Luciferos bis quinque manet: nullumque le-

uamen:

Contingit primo tempore, nulla quies.

Sex septemue die numeros vel sustinet uno,

Vt sua cum morbo nota medela foret.

Sic equidem credo: Sic quondam lumine captus;

Erigis in laudem Christe benigne Dei

Nil te teste miser, nil peccauere parentes:

Sola patris facti gloria caussa fuit.

C. 5.

Lux.

*Lux erat ante diem translata ad sidera Ma-
tris,*

*Cuius in hoc ipso Colle refulget honos.
In tēplo præsto est, humiliq; aduoluitur ara,
Totus & immunis præterit ille dies.
Moxque palam populo tristi se labe solutum
Dixit; & a tristi labe solutus erat.
Posterus attulerat festa solennia lucis
Phœbus, & oblatas vix capit arastipes.
Matthias sese talam visentibus offert,
Membraq; quam dudum, viuidiora gerit.
Luror abest, & adest toto vigor ore receptus:
Pallor abest, & adest pristina forma rubor.
Inde domum sanus gressum tulit: inde reuer-
tit,
Quamq; habet in votis itq; redditque viam.*

ELEGIA XI.

Huyum rursus adest: Huyo Matthaus in
vrbe
*Croisecius, bis sex messibus ortus erat:
Tars Reinere tui vita tibi carior ipsa,
Nec minus & matris maxima cura sua.
Inficit hunc stabies, lepram dixerat Pelasgi;
Hancq; fidem inspecto publicus esse facit.
Triste malum, & quo non aliud deformius
ullum,*

Aut

Aut merita in toto dignius orbe fuga.
 Quippe quibusunque est, quorum quorum
 occupat artus,
 Hos fugat à patrijs in loca sola foci,
 Et paruas habitare casas ad compita cogit,
 Et mendicato pellere pane famem.
 Quin & fixa suo lateri crepitacula ferre,
 Ut peragant lingua garrula ligna vicem.
 Hec Europa tibi Pompeij tempore primū
 Cognita Iudeo venit ab orbe lues.
 Magnus amor patriam nusquam consistere
 mentem,
 Cum fors in natos sauit acerba, sinit.
 Ast hic caussa duplex: patrij fuit altera que-
 stus
 Caussa dolor; questus altera caussa pudor.
 Extemplo, quoniam de Colle reuerterat, illuc
 Et mentem, & natum mitte certus erat:
 Deducique iubet. Venit, circumque facellum
 Desertur solito deficiente gradu.
 Dumque ita desertur, ceu flamma introrsus
 oborta,
 Aestuat, &: Qui me, qui cremat ignis: ait.
 Felicem flammarum, cui talem exurere pestem
 Aeternum supera numen ab arce dedit.
 Nam mox ut fuerat vicinas latus in aedes,
 Conato serpsit per sua membra quies.

C 6 Interreg

60 DE D. VIRG. ASPRICOLLI.

Interea nigrans aurora cesserat umbra,
Et luci tenebrae sidera Phœbe tibi.
Vlceræ per totum nec non tuberculæ corpus
Subsedisse vident, aut coijisse vident.
Inde dies, alterque dies quacunque fuissent,
Relliquias vilis non sinit esse locis.
Nec quidquam superest præter vestigia, præter
Signa, quibus posses scire fuisse malum.
Amplius. Idem etiam super hac diruptus
utrimque;
Eadem sanatus luce, locoque fuit.



A N.

ANDREAE
STREITHAGENI
IVLIO-MERTZEN.
HAVSSENSIS,

De

DIVA VIRGINIE
ASPRICOLLI.

LIBER TERTIVS
ELEGIA I.

Aet age, quandoquidem non paucos
hernia torfit,
Quis tulit euicto numine Mater
opem: (Etos,
In fascem pariter, seu vir, seu foemina, vin-
Ne mihi post crambes sit recoquenda, dabo.
Sic melius. Tu Diua faue: tua munera versu
Prosequor, & nati munera crebra tui.
Tu quoque, quisquis eris, credo miraberis a-
que

Singula, que iunctim tradita lector erunt.
Primus Ioannes bis septem Hagelius annos,

C 7 Et bis

62 DE D. VIRG. ASPRICOLLE.

Et bis quinque satus lustra, canendus erit.
Cui Tilla montem iuxta domus: Impiger ille
Dum flava astiuo demetit arua die.
Inter opus valido motu sibi viscerarupta
Comperit, & nulla prominuisse mora.
Quos gemitus censes, aut qua lamenta fuisse?
Magnus erat misero, continuusque dolor.
Annus abit; tandem ad Collem, sacrataque
venit
Limina natali maxima Diu tuo,
Et bis deinde iterat. Terna vice cuncta coire
Viscera. proicitur fascia: liber erat.
Alter cui dederat curam Viluordia templi,
Huic optat Daniel Smetius ire comes:
Qui decies senos annos septemque creatus,
Diruptus lustris quartuor ante fuit.
Ventriculi accessit morbus, quem nausea iugis,
Nausea quem iugi mox comitata gradu
est.
Infesti hydropis medicis ea signa videri,
Atq; ita sub venis, & cute crescat aqua.
At miserata vicem dudum gemit anxia con-
iunx,
Proque suo Diuam voulit adire viro.
Sub noctem voulit sub noctem nausea cessit:
Ille cibum cepit, cepit & ille scyphum.
Hernia restabat: Nunc nunt carissima dixit;

Vxor

Vxor eo. & tali munere motus ijs.
Venerat ad Collem: confessim iussa valere,
Fascia, non ullo post repetenda die.
Hoc tantum? immo nouum sentit per membra
vigorem

Serpere; sic aquilæ leta iuventa redit.
Ipse sibi tales, tantasque in corpore vires
Ante duo, & to: idem lustra fuisse negat.
Sic dum tractat equum contra sua frenate
nacem

Franciscus casu ruptus Alarc fuit.
Hernia tres fertur senis cum mensibus annos,
Quæ simul ad Dinam confugit ille, fugit,
Nec leue Rossemius proavis insignis, & armis,
Teutonica munus dux legionis habet.
Namque Lucenburi totis sex ruptus ab an-
nis,

Æger adit Dina limina, sanus abit.
Ecquis Ioannem quem Gallia misit in armis,
Montadium valeat præterijisse senem?
Hic Angolismi genitus, ter sena peregit.
Lustra; sed egregio crudæ senecta viro.
Miles erat Buckoie tuus, tua castra secutus;
Dum bellū Ostenda valla trienne quauit.
Stragibus heu noti portus, Martisq; palæstræ.
Ostenda, quantum sanguinis illa dedit?
Non tot præterito Traiecti tempore Mosa,
Attoni-

64 DE D. VIRE. ASPRICOOLI.

Attonitus Parma dum stupet arma Ducis:
Nec tot Nouesij conspexit funera Rhenus,
Arma quamvis utraque capta manu.
Aus^a extrema quidem : verū qui contudit
ausas:
Victor Alexander magnus & ille fuit.
Quid tua Gandanum cunabula Carole Ca-
esar,
Bruxellamq; urbē, Mechliniāq; loquar?
Quid memorem Antuerpam, aut alias, que
Marte coacta,
Eidem sub certa lege dedere manus?
Tu licet annales volvas ab origine belli,
Inq; unum, quidquid clavis ubiq; trahas:
Non tanto inuenies pugnatum tempore, tātis
Viribus, aut usquam tot cecidisse duces:
Ne dum plebeias animas, tot millia vulgi
Infesto Martis raptā furore querar.
Quin etiam Troia casus anteire bilis tres
Altera Pelida Troia reperta queat.
Ferto illio decimo demum concurritur anno:
Hic non ulla graui clade vel hora vacat.
Nēue feri nobis enses scribantur, & haste,
Quæ vix siccari sanguine passa manus:
Nēue rates ratibus commissa, & cetera re-
rum,
Quæ fuerint terrā, quæque peracta mari:
Omne

Omne tremit calum tonitru, dum plurima:
semper

Machina fulphureos spargit ahena globos.
Horrescunt montes, vicinque aquoris undas,

Quodque suo gremio vix capit ossa solum.
Et dubitas hospes, quâ causâ Ostenda voce-
tur?

Ostendit tumulos & sua busta tibi.
Illa (bona saltem liceat mihi pace referre

Vera ferè verbis docte Catulle tuis)
Commune Hispana pubis, Batavaque sepul-
chrum: (cinis.

Illa virum & virtutum omnium acerba
Qua nempe & Frederice citum tibi Spinolas
letum

Attulit, excussis Architalasse globis.
Tandem victa tamen iacuit: quo tempore
victa,

Indicio cuius hoc breue carmen erit:
OstenDa eXCIDIO tV SpIno La BeLgII A.
CHILLES,

NI preCIB V s fVppLeX Vsa fVIset, eras.
Hic ut forte vicem sortitus credita seruat
Castra, suâ remanens in statione vigil:

Quem rapuit palu tormento emissus ab hoste,
Montadium iuxta fert per inane globus.

Corruit impulsu concussum viscera moti
Aëris,

66 DE D. VIRG. ASPRICOLLI.

Aëris, & lauum rumpitur ille latus.

Quæ forma humani capitis, cū creuerit etas:

Illa, vel & maior forma tumoris erat.

Digressum è bello venia ducis Insula habe-
bant,

Cum laudes cupidâ Virginis aure bibt.
Ire vovet, sua fulcra capit, seque inter eun-
dum

Fertius acceptâ pergere sentit ope.

Venit, & ante aram fusa prece, mota dolere,

Hernia, ceu viuum viscera tendat onus.

Edere clamorem cogit dolor, edere questus

Inuitum inuito compulit ore dolor.

Bartholomaus adest, templique, areque Sa-
cerdos,

Tichonius: miserum subleuat ille senem.

Vtque fit, inspexit, mansuraque viscera re-
tro

In solitum vidit se retulisse locum.

Latus Ioannes diuino munere, dicit

Montadius fulcris, & tibi Diua, vale.

Ecce rogat de se Christina Scobekia narrem,

Et faciam: res est carmine digna meo.

Patria terrarum, mundiq Antuerpia ocellus:

Hic parua in matris vagijt illa senu.

Hernia prorumpens totos bis quatuor annos

A teneris geminum pressit acerba latus.

Trifis

Tristis ad auxilium mater celeste recurrens,
 Peruenit ad sacri limina trita ingi.
 Virgo, qua cali incedis regina, solique,
 Supplicibus clemens auxiliare tuis.
 Dixerat. & natam fontana lauit in unda,
 Quæ foris à celebri non procul æde scatet.
 Post eadem facit, & sumpturæ prandia tan-
 dem

Caupona subeunt publica tecta sua,
 Filia continuò Mater, me fascia stringit.
 Ah stringit mater, non fero mater, ait.
 Illa manu capta repetit miserata facellum,
 Vota iterum Diua, vota datura Deo.
 Vix introgressæ, cum sese fascia frangit,
 Et cadit ante oculos sponte puella tuos.
 Sana erat & rediens eadem sex millia luce
 Conficit, haud ullo tacta dolore, pedes.
 Vna mihi supereft: dabit hac Elegēia fi-
 nem

Vna tibi: hinc alio vertere tempus i ter.
 Bruxelle notum Martini nomen Alardi,
 Publica mansuris qui dabat acta notis:
 Illi, dum vita cursum sors latore regebat,
 Gudila connubio Schinckia iuncta fuit.
 Qua viduata viro geminos coniunxerat an-
 nos

Ter denis, & iam mox prope partus erat:

Chmz

8 DE D. VIRG. ASPICOLLI

Cum grauis attollens maiorem viribus urna,
Rumpitur in lauâ concita parte sui.
Sic annos totidem mansit, quod nata fuisset,
Donec ab hoc ipso libera Colle redit.

E L E C I A . II.

I Nicola Diesthemij pro re Cornelius ibat
Foxius ad pagum non procul inde sua.
Inque via præcepis cadit, atque in stipite cæsa
Arboris illi so pectori lassus erat.
Lassus erat grauiter: quoâ erat, dixere meden-
tes;
Sed frustra doctas applicuere manus.
Collem adit, utque lauant vicinis pectora
lymphis,
Abluitur pariter morbus, & ipse dolor:
Ut cum plena fluunt strata gutturia mensa,
A duplii sordes cernis abire manus.

E L E G I A . III.

ET Leonarde tuos fabor Stocquæ dolores,
Quos tibi nō casus, sed feræsica dedit.
Fabor & auxilium: Non huius nescia facti
Huyunr, quam solitus propter habere larë.
Nec quæ percussum gremio Bruxella recepit,
Aut quicunque Aspri Collis iniuit iter.
Omnibus auditum: nec res manifestior illa,
Non

Non tu vel medio candide Phœbe die.
 Bruxellam patrijs cum se conferret ab oris,
 Eset & externa seria causa vie:
 Sogniacam ingresso siluam, qui vepre latebat,
 Plurima funestus vulnera prædo dedit.
 Et velut exanimè, raptis quæcunque ferebat,
 Deserit, & celeri se rapit inde fuga.
 Quò fugis ab raptor? non te fuga subtrahet.

Qua fundet nigras in tua fata pilas.
 Quippe dabis pœnas, aut mox trabe nexus ab
 alta,

Aut mox truncatus turpiter enſe caput.
 Inque rota coruo cibus exponeris hianti,
 Quà vulgus plenis itque, reditque vijs.
 Saucijs hospitio excipitur delatus in urbem,
 Multaque Phœbea plaga leuatur ope.
 Vna tamen, reliquas inter qua maxima, vi-
 cit, (erat.

Quidquid erat studij, quidquid & artis
 Hac illata fuit cæsim, cessitque sub ipso
 Auersa in vulnus tibia tota genu:
 Sænus ubi absciderat districta cuspidे nervos,
 A sica nomen dignus habere sua.
 Ergo Machaonia postquam nihil arte inva-
 tur,
 Haec etiam è tristi surgit hiante toro

Et ge-

73 DE D. VIRG. ASPRICOLLI

Et gemino in ualidū sustentans stipite corpus,
Nititur in patriam rursus abire suam.

Delapsus sedenim non firmis partibus humor
Hæret, & ex alio vulnere vulnus adest:

Nam veterem circum diuersa foramina pla-
gam

Sponte sua varijs exiliuere locis.

Et magis, atque magis dolet, atque egrefit
in horas, (quies)

Nec prius, ad Collem quam venit, illa
Venit, perq; nouem luce altare reuisit,

Postq; preces medica vulnera lauit aqua.

Quo spatio circum plaga coiere minores,

Maiorisque dies ultima meta fuit.

Tum creuisse videt neruos, omnesq; repente
Carneque, & inducta se reparasse cœte.

Sunt partes, ubi plaga fuit: pro vulnere sig-
num,

Cui queat immitti pugnus, hiatus erat.

Illa mali solūm restat nota; cetera sanctas,

Tibia & ex quo prorsus viraque valet.

O numen! tanta n' tenebras obtendere lucis?

Qua glaucoma oculis obijcienda venit:

ELEGIA VIII.

D Testhemio pagus, Crajenum nomine di-
cunt,

Exigua

Exigua distat, per facilique via.

Elisabetha recens hic te capit Houia morbus,
Vix prisco nostris tempore notus auis.

Sunt tamen Oscedo queis visus posse vocari,
Ni mea Scorbantum dicere mallet humus.
Os & crura petit, reliquaque in corpore par-
tes:

Teq; Frisi ante alios, teq; Bataue petit.
Nam proprius vobis, nimiumque domesticos
ille est,

Et quoscunq; maris tractus, & aquor habet.
Quid referam nautas, quorum saepe agmina
vexat

Sauus, & in medijs funere mergit aquis?
Hoc correpta malo passim prorepere vidit
Fœmina liuentes per sua membra notas.
Deformes macula, grandes, quarumque vel
aquet

Vnamodum nummi magne Philippe tu;
Languebat, neq; luce quies, neque nocte da-
batur:

Bisq; tribus lenguor mensibus ille manet.
Dina adita demū, cœpit decrescere morbus,
Nec quantus fuerat, perstitit esse dolor.
Vtque reuersa preces iterat, quam tempore
vita

Pratorito, tam se fassa valere fuit.

Non

72 DE D. VIRG. ASPRICOLLI.

*Non aliter torrens, orto post nubila Phœbo,
Fit minor, atque astu continuante perit.*

ELEGIA V.

Quin Attenhouii, bis septem lustra cre-
atus,

*Aegidius recte se Liebenus habet:
Quem iuuenem quondam viginti messibus
ortum.*

*Herculeum coepit sollicitare malum,
Tetque annos tenuit, quodque est mirabile,
passim*

*Præcipitem festa sternere luce solet.
Mansurumque fuit, veluti radicibus actis:*

Vt solet à longa quercus auita mora.

Anne senem credas aliquam sperasse salutē?

Sperabat, nec spes illa caduca fuit.

*Aspro in Colle Dei matrē prostratus adorat,
Et liberfusa fitque, manetque prece.*

ELEGIA VI.

Cvria Bruxella & sacra est, maioribus olim
Iam tum vulgari dicta Capella sono:
Qua sibi commissas Franciscus Elandius a de:
Cælesti pauit nectare Pastor oues.

*Franciscus purioritus, veterisque Sacerdos,
Ore potens, castus corpore, mente pius:*

Sacra-

SACRARUM gnarus legum, cui Biblia cure
 Rimari, & sancti quae docuere patres.
 Hunc hemorrhoidū non paruo tempore fluxus
 Exhaustum venis, in ualidumque dedit.
 Asthmate quin etiam pressus suspirat, &
 ulrà
 Vix anima quantū ducat, anhelus habet.
 Huc q̄z mali tandem ventum est, ut posse me-
 derit,
 Quisquis Apollinea doctus in arte, neget.
 Quid, quod & esse metus venturā coepit ab-
 undā,
 Nec dubia illius signa fuere mali?
 Nā tumuere pedes geminis cū cruribus ambo;
 Quartuor & totis messibus ager erat.
 Admonuit fomenta sibi, sibi balnea fecit,
 Pluraque; sed morbi vis superabat opem.
 Hec super, ut decies senis tres iunxerat annos.
 Attonitum visus corripiuisse stupor.
 Atq; suo miserum subitā deiecta procellā
 Officio fungi linguaq; mensq; vetant.
 Nulla salus usquam: Deus & Nasareia soli
 Portus erant lacera perfugiumque ratis.
 Huc vertenda fuit lauo spes ultima cursu:
 Vertit, & inuisens se prece Diua vocat.
 Et iā pruritum veluti, motumque reuertens
 Nescio quem geminos sentit habere pedes,

D

Inque

Inq; omnes penitus neruos, corpusq; vigorem
 Illabi, morbo se minuente, nonum.
 Ut verò demum sua se sub tecta recepit,
 Agnoscit veteri membra valere modo,
 Atq; hamorrhoidas cessare, & sidere cuncta,
 Et solitam stomacho vim redijisse suo.
 Quodq; magis mirū est alacer, qualisq; fuisset
 Etatis media tempore, talis erat.
 Hoc sonat ingeminās, hoc grato pradicat ore,
 Et iactat munus, promeritumque Dei.
 Ipsum agendum quisquis verbis diffidis adito:
 Vixit, & officium rursus, ut ante, facit.

ELEGIA VII.

NVNC dicenda mihi non longo fæmina
 versa
 Illufbris longo sanguine Martha venit.
 Maximilianus huic pater est, cui stemmatis
 alti
 Immortale rosa, monsq; dedere decsus.
 Vnde Rosenbergi demissum nomen auorum
 Tempore, dum restant semina gentis, erit.
 Illa fuisse fuerat sub Ibero rege merentem
 Per fera Mauortis castra secura virum.
 Quo demum amissio duodenis edita lustris
 Plus minus in viduo perstitit orba toro:
 Cū geminos affecta fui fæde ante Decēbres,
 Quā

Quā femur à summo tendit ad usq; genu.

Vlcerā prorumpunt tria grandia, turpia visi,

Et bis diuersis sena minora locis.

Vix viris pudor est illas ostendere partes,

Fæmineas primum iussit adesse manus.

Nec minus his operam chirurgus lusit inanē,

Non minor arte vlo, non minor ille fide.

Silicet haud raro morbus dare cogit & ipsū

Gallenum doctas, Hippocratemq; manue-

Impensis igitur postquam nihil omnibus a-

Etum est:

Tume, tu certè Diua iuuabis, ait.

Atq; huc ferre pedes in somnis visa moneri:

Somnia quis nunquā pōdus habere putet?

Nox erat in lecto curisq; malisq; tenetur;

Sera tamen domuit lumina victa quies.

Aspro in Colle subit præsens templūq; locūq;

Et qua tam multo limina pressa pede.

Ante oculos Mater natum complexa lacerto,

Areaq;, & donis ara videnda suis:

Et qua parietibus, votorum signa potentum,

Fascia, fulcra, pedum vincula, fixa ma-

nent:

Queq; locum latè ramis frondentibus ambit

Silua, & vicine vena salubris aqua.

Singula cū spectet, Diua super omnia vultus

Suspicit, & vulnus blande puelle tuos.

Lux erat, è lecto surgens rerum ardet amore;
 Internusque viam cogit inire calor.
 Paret, & hic melius; meliusq; in Colle valere;
 Optimè, ut in patrio limine rursus erat.
 Viceribus sanis, supereft ex omnibus unum:
 Hoc etiam gemino lumine sponte coit.
 Ipsaque tam vegetem sese negat antefuisse,
 Et tantis usam viribus ante negat.

ELEGIA VIII.

QVæ retuli, decies senos exegerat annos:
 Quam referam, totidem fœmina natuit.
 Illa tamen ceris, & aucto sanguine clara:
 Hac mea fortuna pauperioris erat.
 Illa pijs votis sanescit ab ulcere turpi:
 Hac à Thessalicis libera facta malis:
 Nempe patent aures Dina, precibusq; vocata,
 Ex equo cunctis auxiliaris adest.
 Heu premor aduersis: & me pia respice Mater,
 Et vatis votis annue Dina tui.
 Longior historia series, & mira relatu:
 Multa breui, summâ mira docebo fide.
 Quisquis ades faueas, nosces quid carmine
 possit
 Docta mælas artes fœmina, docta magas:
 Tres anni deciesque nouem, ter quinq; securi-

Secula post ortum Christe fuere tuum:
 Urbem Louanium iuxta cum fœmina pagū
 Berthemium media tempore messis adit.
 Magdalens huic nomen Preudhommia, pa-
 tria sedes

Bruxella, census vendere scruta fuit.
 Dumque ibi demessos fructus sua vota colo-
 nus

Cogit, & inuetis horrea vasta replet:
 Huic ita: Non pauci rapto carissima ga-
 dent,

Rure meo custos Magdalens, inquit, eris.
 Ne specie culmos aliquis, spicasq; legendi,
 Sublegat, & furto polluat arua suo.

Annuerat, seruatque fidem, seruatq; mani-
 plios,

Curaque, ne caperet damna colonus, erat.
 Ecce repente venit dicti modo fœmina pagi,
 Et rapit, & rapto mergite, terga dedit.
 Villicus insequitur monitus, subitoque pre-
 hensam

Excipit ex merito, fasciculumque refert.
 Fœmella indignans: Poenas mihi mihi gar-
 rula pendes:

Index indicio digna mereris, ait.
 Inde domum redeunt amba simul, inque pro-
 pinquis

79 DE D. VIRG. APRICOLLI.

Ædibus hospitio Magdalis usus fuit.
 Parva mora est, venit mulier, fricosq; faselos
 Huic offert, vultu non mala, mente mala.
 Prateritamq; refert ira, sed ut immemor ira:
 Deletum hoc totum pectore, quidquid erat.
 Ne valent cunquam verbis offensa videri,
 Inuita oblatos accipit illa manu.
 Gustat & hinc paucos: gustatis, sensit obortu
 In membris aliquid nocte febrile suis.
 Mane caput ruri dolor intolerabilis urget:
 Torquet, & insano se rotat illa modo.
 Vespere se iungit consistere nescia ventris
 Fluxio, vel cunctis tristius illa malum.
 At matres alia circum, quibus utraq; nota,
 Non profecturis increpitare sonis:
 Et que te miseram, dicunt, qua causa subegit
 Magdalis, à talis sumere peste cibos?
 Fæmina, si nescis, hac toto iudice pago,
 Thessalica meruit nomen habere strigis.
 In scopis equitans per furui angusta camini
 Dicitur aereas carpere nocte vias;
 Cum choreas petit, & cantata ferula men-
 sa,
 Ferula pellenda non satis apta fami:
 Illa Cyaneo perrumpere carmine cellas,
 Cumq; suis plenis evacuare cados:
 Illa & pascenti succum subducere vacca,

vt

Ut causa non visa lac ferat urna manus.
 Cum volet, inducis latitabit nubibus aér,
 Cum volet, ex omni parte serenus erit.
 Sapius astantes & anhelitus inficit oris,
 Inficiunt ipsas verba, vel herba dapes.
 Nunc quoque cara tibi cantatas prabuit ef-
 cas:

Ille nigro tinctus felle faselus erat.
 Talibus afflictam dictis, & pluribus illæ
 Post tempus frustra commonuere nurus.
 Sera parabatur verbis medicina dolori:
 Quis nescit sero sic sapuisse Phryges?
 Hinc natale solum cepit Bruxellæ reuer-
 sam:

Patria nèpe aliquod terra leuamen habet.
 Inque loco, vocitant Sabuletum nomine, ci-
 uis

Hospitium certo prabuit are Simon.
 Continuis autem paruo post tempore motus
 Sordibus, hac aliò sede migrare iubet.
 Nec iubet hoc solus: fit terque quaterq; re-
 cepta,

Et tandem fessa vix domus ulla patet.
 Nam purgamentum cuncti, sordesq; putabat,
 Quoque venit fugitur, despuiturq; loco.
 Quadrageinta illi numero compluribus annis
 Doiectus pleno panè fuere die.

*Consilium à medicis, & opem consumptam pe-
tebat:*

*Nil opis in medicis, consilijque fuit:
It quoque Berthemiūm, tristi ut quod mu-
nere saga*

*Texuerat cantans, ipsa retexat opus.
At ea iam pridem nigris damnata lapillis,*

*Vindice Vulcano de strige puluis erat.
Quid faciat? quò nunc se vertat? scilicet illuc,*

*Mobile quò vulgus culpa, vel error agit.
Iuxta Hallas hominē celeb̄e cognouerat esse*

*Illi fama, notitiaque rei:
Quiq; beneficium cernat, soluatque venenis*

*Quoslibet, & succis, consilioq; iuuet.
Hoc expes adito redijt: spem sustulit ille,*

*Inque tuo dixit, funere finis erit.
Interea creuitque malum, creuere dolores,*

*Perque annum ex alio nil nisi sanguis ijt.
Fracta modū supra tirubare, & sape per ades*

*Infantis quadrupes repere more suas.
Ergo alius nodo cuncus quæstus: at illi*

*In Genium Genius ferre parabat opem.
Sic oculos poterit cornici exculpere cornix.*

*Sic lupus esse lupum, sic canis esse canem.
Bruxella mulier super his consulta piatrix,*

*Dat commistū herbis, ut bibat inde, merū.
Et babit, inque via rediens octo euomit ore*

Bestiolas,

Bestiolas, raro per sua terga pilo,
 Caudatas, vinas: mures à matre recentes,
 Quisquis ad has oculos verterit, esse putet.
 Altera ne quicquam sumit: dum tertia sumit
 Pocula, pisciculos ejicit ore duos.
 Vile genus pisces, Capitones dicimus, extant:
 Quos retuli, ex illa stirpe fuisse liquet.
 Rursus & alterius geminos, totidemq; figura,
 Et vermem similem vipera parua tibi.
 Talibus electis monstris, & corde leuato,
 Quād dudum, melius visa valere fuit.
 Sed fluxus tamen ille prior sine fine manere,
 Iamq; velut sumpsit, sic & abire cibi.
 Si te cura tenet morbi cognoscere tempus,
 Per duo dicetur verba: bilustris erat.
 Dein miserante Deo, Demeram suadetur
 adire,

Quique solo à scabro nomina Collis habet,
 Atque ibi submisso venerari poplite Diuam,
 Quaq; iuuare potest, quaque iuuare solet.
 Destinat; at geminas matres accepit eodem
 Ingressas paucis ante diebus iter.
 Illarū exspectans redditū sua tempora differt.
 Utque renarrantes audiat, utque roget.
 Tempus abit, redeunt, deque ipsa frastula
 queru
 Altera fert secum, participemque facit:

D 5 Et me-

32 DE D. VIRG. ASPRICOLLI.

Et monet, ex animo magnam venerata Pa-
rentem,

In iunctis cyathis haec bibitura suis.

Munere lata petit limen confine Capella:

Hac templo priscus nomina fecit annis.

Matris & ante aram multumq; diuq; precata;

Quod tenuit frustum roboris, ore capit.

Ore caput, captumq; terit, tritumq; salubris

In sua demittit viscera, plena spei.

Protinus in leuam è stomacho descendere
partem;

Iam melior toto corpore, sentit onus.

Ac velut obiecta pradurus mole colonus

In sua currentes pascua frenat aquas:

Utq; lapis, nomen seruans à sanguine ductū,

Obstruit attritus cotè crux iter:

Non aliter coepit solitus consistere fluxus,

Ac reprimi. Tantū spesq; precesq; valent.

Nunciat hac illi qua muneric exitit auctor;

Seq; parat gaudens, ingrediturq; viam.

Addunt se comites alij, matresque, virique,

Quos idem tenuit religionis amor.

Cessare infelix etiam nunc fluxus, & ipsa

Ipsa magis fieri firma, magisque viâ:

Dum vicinal loco, sontes ubi janguine poenas

Non procul à nostro pendere Colle solent,

Continuò tantum ventris perpesta dolore est,

Quan-

Quantus & in partu maximus esse queat.
 Subsistit, nequiens comites aquare sequendo,
 Qui simul exceptis ante duabus eunt:
 Ex quibus una fuit miseranda filia matris;
 Altera vicini fœmina nota loci.

Hic ea nescio quid genitali emisit ab arvo
 Cum sōnitū, membris arbore mixa suis.
 Culeus hoc poterat, poterat vesica videri,
 Quanta hemina tui pānē Lyae meri est.
 Quidquid erat, pedibus matres, & stipite fra-
 etum,

Diversis plenum sordibus esse vident.
 Hic luteus color, hic viridis, qui gramine-
 vincat,

Permititusq; niger, caruleusq; fuit:
 Tum verò nimium quātum mutetur ab illa,

Quā modo sollicito pressa dolore stetit.
 Ergo vēges celeri praeuntes fœmina cursus

Insequitur cūses, assequiturque suos.
 Et simul admoti Diuæ Nasareidos aris,

Fuderunt humiles quilibet ore preces:
 Addit & hac grates. Fusis, tua moenia iuxta-

Louanium, hospitijs limina nota petunt:
 Cum bis quinque ferè fecisset Magdalisi illo

Millia, nequaquam corpore lassa, die.

Quid queris? deinceps Geniali libera morbo
 Vixit, & immunit tempus in omne fuit.

Hac:

Hac Bruxella patent tibi: nec suspēdere nāsō
Impius, aut illa fronte negare potest.

ELEGIA IX.

Multa volens euidem mitto. neque di-
cere versu-

Omnia diuina facta Parentis erit:

Qui valet hoc, illū numero cōprēdere guttas

Æquoris, & cali sidera cuncta iube:

Aut nemorū frondes, aut flavi ruris aristas,

Quotq[ue] tegant pisces flumina, ramus aues.

Esto autem, possit fieri, quod posse negabo,

Ecquis erit finis, quis modus ullus erit?

Et vitare mihi speciem paritatis in illis,

Quaque parit paritas tedia, cura fuit.

Non tamen hec propter libeat desistere cepto:

Sape frui toto non queo; parte queo.

Ergo suos peragat cursus, egressaque portu,

Quia cœpit, dextro flamine nauis eat.

Huc age misarum decus admirabile Lipsi,

MORIBVS ANTIQVIS conspi-
ciende veni.

Quam modo cunque canam, vestra res acci-
dit urbe

Louanij: testor teq[ue], tuamq[ue] fidem.

Tugnarus certè facti præsentis, & illo

Fortuitus quidam tempore testis eras.

Testis

Testis eras tunc cum præbebat munera Diua:
 Cum referam Diua munera, testis eris.
 Antoni Catharina Equitis Serraertia proles;
 Clara domo, super is hac tria vota dedit:
 Viuere semper inops, semper parere iubenti,
 Intacta semper virginitate frui.
 Has illa vulgo, niueis à vestibus, Albas,
 Diue tibi sacras Victor, in urbe vocant.
 Hac ex quo grauida matris prouenit ab alno,
 Haustaque vitalis luminis aura fuit:
 Claudia tua spatiū vita transegit, & alter
 Palmari breuior pes nequit ire modo
 Caussa, quod in coxa propria de sede remotio
 Os retrò in gibbum prominuisse, erat:
 Suppositumq; genu curuatum cesserat intro:
 Quam dixi, breuitas hinc fuit illa pedis.
 Ergo vel attolli subigit res ipsa cothurno;
 Vel nusquam è cella limine ferre gradum.
 Quid, quod & alterius flectendi nulla potestas?
 Nec licuit duplici procubuisse genu:
 Atq; ea nota fuit domui, res nota propinquis,
 Omnibus & notis res ea nota fuit.
 Vos quoq; futores testes, qui quis ille tot annos
 Aptandus miro more cothurnus erat.
 Quid tibi chirurgos memorem, quos diuite
 sumptu
 Largus opum varie iussit adesse pater?

D 7

His

86 DE D. VIRG. ASPRICOLLY.

Hic ego nec studiū cūctis, nec Apollinis artes
Credo, nec ex ullā parte deesse fidem.
Omnia fecerunt: sed enim natura repugnat,
Nullaq; natiui fit medicina mali.
Instar aquæ velox fugit atas: iamq; Decēbres
Illa quater denos edita, clauda manet.
Tēpore quo mentē Miracula tanta Sichemi,
Totq; mouent: gestit visere & ipsa locum.
At non & reliquis, quibus est parere necesse,
Assensu placuit coepit probare suo:
Quos & Iacobus rara Ianssoniūs inter
Doctrinā, & rara vir pietatis, erat.
Hortari grauiter, positis conuentis querelis,
Sorte sua viuat, quodq; sit, esse velit.
Sic melius fore, sic anima conducere munus
Esse Dei, munus ferre decere Dei.
Louanium interea, visurus limina Diue,
Haurechij Princeps Carle Philippe venis.
Cuius ope obtentā veniā, quo mente petebat,
Cum consorte suā virginē vecta fuit.
Vespere Diesthemij remanent, & in eseda
Princeps
Acceptam secum pergere mane iubet.
Inq. viā: Quā caussā via? num poplitis ergo
Virginis auxilium virgo rogabīs? ait.
Haret, & innatum primis respondet ab annis
Illā malum: summo sic placuisse Deo.

Has

Hat se ferre tenuis; laturam ad funeris horā³

Cum videat summo sic placuisse Deo.

Vt benē sit patria, benē sit quodcunque sed
quuntur

Antiqui ritus sacra parare preces.

Iamq; iter emēsi notūm subière sacellum:

Subq; sacro lenā vénit ab aurē dolor,

Qui cūd per totum visus descendere corpus

Virginis, affectum manat adusq; femur.

Suspicio nec dū illa fuit: sacrifq; per adīs;

Prādiolum cuncti, Louanumque petunt.

Et iam pulsa dies venienti cedere nocti

Cœperat, atq; Horæ soluere solis equos:

Ergo salutatū paucis te Antistita verbis,

Ad cellam properat religiosa suam.

Vidit in ascensu gressus tardare cothurnum,

Abiicit, abiecto firmior ipsa fuit.

Rectaq; quod nunqua, plantis insistere, recta

Huc illuc potuit ferre, referre gradum.

Et sua laxari, tendiq; in partibus illis

Sentit, & attonitā gaudia mente capit.

Succiduoq; genu, propria hac ut dona miserti

Esse velint, Diuam prona Deumq; rogat.

Lassa torum petijt: surgens, expertaq; manē,

Altā se soleā posse carere videt.

Æquales sumit, graditur, coramque vides dā

Se Domina præstat, virgineoque choro.

Miran-

38 DE D. VIRG. ASPRICOLLI.

Mirantur, laudesq; canunt: mox fama per
urbem,

Et capta Haurechij Principis aure fuit.
Lipsius, & Princeps magnis de rebus habebat
Inter se clausa seria verba sera.

Accurrunt properi, pulsant, foribusq; reclusis,
Miraclum acclamant, ingeminantq; viri.
Remq; palam referunt: gaudes, lacrymasq;
coorta

Eliciunt oculis gaudia Iusfe tuis.
Mittitur eximia vir stirpe, unaque Philippus
Numannus, quorum perstat in ore fides,

Accedant, spectentq; oculis, & certa reportent:
Accedunt, spectant, certaque cuncta ferut.
Clarior haud unquam Phœbea lampadis orbis:

Quamvis sit medius, sit sine nube dies.
Imperat idcirco veniam clarissimus heros,
Secum ut Bruxella mœnia virgo petat.

Fœmina quo princeps praesens Isabella videre
Presentem summa pro pietate queat:

Fœmina quanuscum studiosior altera Diua,
Quaque suis veteres moribus aquat auos.

Ex illo assidue melior: gressuq; recepto,
Quæ tenuata prius tibia, iusta fuit.

Nec super ullus erat sana in coxendice gibbus
Amplius, aut usquam, quod fuit ante malū.

Ipse rei aeternum monumentum appensus
ad aram Virginis

Virginis, in sacro Colle cotburnus erit:
 Quem mensus fuerat tam re, quam nomine
 Iustus
 Lipsius, & palma dicit habere modum.
 Et se Bruxellæ cunctis dedit ipsa videndam,
 In quibus & Praesul Mechliniensis erat:
 Is miro flagrans studio, remq; ordine querens,
 Omnia plena Deo, fraude vacare videt.

ELEGIA X.

Hoc iua, nec votis aliter, precibusq; per-
 actis
 In Bruxellenſi virgine ciue fuit.
 Magdalis haud ulli est ignota Horenia, virgo
 Grandior, & lustris plus minus orta dece.
 Quae simul attollit sese, & sublimat, ab alto
 Nescio quid plena sumere nisa manu:
 Infelix nimium contentis viscera neruis
 Lasit ab hinc annis interiora tribus,
 Parsque uteriu ruit, inq; locum, quem foemina
 celat,
 Prociduum magno pondere vergit onus.
 Hic hærens miseram noctesque diesq; fatigat:
 Turpe pudore malum, triste dolore malum.
 Nec poterant medici certū spondere leuamen,
 Et metus his lapsus ulterioris erat.
 Fasciola fieri, pannisq; innoluer arctis,
 Quodq;

90 DE D. VIRG. ASPRICOLLI

Quodq; timent omni quisq; vetare modo.
Cotinu^s sed adest dolor, atq; obstacula gressus;
Vixq; datur, quamuis irrequia quies.
Venerat October : cum multis illa Siche-
mum
Matribus instinctu numinis axe petit.
A prece pars uteri retro prolapsa recessit,
Et firmata suo perstat, ut ante, loco.
Illa salutifera ponens retinacula Matri:
Este manus testes auxiliaris, ait.

ELEGIA XI.

Louanium toties cur scribam queritis?
illa
Sapius insigni laude ferenda venit.
Esse putet illic quidquid vel in orbe piorū est,
Quidquid & Aonius tinxit in orbe liquor.
Cui quonia semper Deus, & Nasareia cordi,
Sapè capit fructum, gaudia sapè capit.
Sunt ibi sacrae Monachorum coetibus ades,
Priscorum sumptus, & monumenta patrū:
Cernere quas iter geminas, quas surgere iussit.
Deq; suo Sora Dux dedit are, licet.
Dux idem Sora Gulielmus Croius, & idem
Formator quondam Carole Quinte tuus.
Is dedit, aut certe domini post funera cōiunx,
Qua pietatis amans, & sine prole fuit.

Hec

Hac magnas etiā post se tibi Christe dicauit²

Proq; sacra templis dote reliquit opes.

Louanijs muros arx est Henerlea iuxta:

Hie Calestinis condidit illa domum.

Et magno instruxit reditu, quo libera curis

Turba, pio laudes concinat ore Dei.

Virginibusq; sacris, nomen queis nuntius in-
dit

Sidereus, pulchros struxit in urbe lares:

In quibus Anna fuit Laurētia, cuius ab ortu

Post decies senas tertia messis erat.

Quæ simul ante nouem fermè, totidemq; De-
cembres,

Cum reliquis veteri sedula more canit,

Altius & tollit vocem sine fine repente

In gemuit, nimio tacta dolore caput:

Isq; trahit sonitum, qualem labentia certo

Tempore per rotulas horologia suas.

Compulsa inuito sacris à rebus abesse

Pectore secessus, & loca sola petit:

Impatiens adeò turba, cantusq; sonori,

Vt vix sermonis mutua verba ferat.

Quin etiam tali comes est in somnia morbos:

Perugilat noctes, perugilatq; dies.

Et toto sensim tabescit corpore, totis

Viribus, ut rigida sole tepente niues.

Asper erat cunctis per mundū Collis in ore:

Audit.

Audit, & hisc animo cum prece versa fuit.
 Hortus odoratis herbis, & flore nitebat
 Intra virginæ septa sacra domus.
 Hic chorus adiculam vitio, longaque senecta
 Collapsam, posita restituere mora.
 Et quia nequaquam septis exire licebat
 (Nempe sacri è septis lex vetat ire loci)
 Hoc sibi pro Diuæ cultu legere sacellum:
 Hic illis Virgo; Collis & Asper erat.
 Quò tres se tulit illa dies, precibusq; vocauit
 Numen, & hos humili fudit ab ore sonos;
 Adsis, & miseris fer opem Nasareiæ rebus,
 Proq; tua natum supplice mater adi.
 Tunata & genitrix; genitorque & filius idē
 Est tibi, verus homo, verus & ipse Deus.
 Omnia posse tibi facile est: neque munera
 matri
 Filius, aut nata denegat ulla pater.
 Adsis, & miseris fer opem Nasareiæ rebus,
 Proque tua natum supplice mater adi.
 Talibus orabat votis, & pluribus illa,
 Et genibus flexis prona iacebat humi.
 Virginæas virgo (quid enim clementius illa?)
 Accipit, & vanas non sinit esse præces.
 Solis ad occasum, membris animoq; levata
 Nox placida, & sonitus nullus in aure
 fuit.

Solis

Solis ad exortum sanam, vegetamq; videres
 Postq; nihil quidquam, quod quereretur
 erat.

ELEGIA XII.

Altera diuersis sensit morboq; , locoq;
 Anna salutifera Bruynia matris
 opem.
 Illam Clarissim admistam Antuerpia vidit,
 Quas Franciscani nominis afflat amor.
 Nam te Diue jequi cuncta Francisce laborato
 Et tota vitam mente referre tuam.
 Post sacras Christi cunas exacta bis octo
 Secula, si messes tres admantur, erant:
 Anticipi iacuit cum morbo, incerta salutis,
 Vesus & est gelida mortis adesse dies.
 Corpore bis munita sacro, bis sanguine sacro,
 Communi assensu, consilioq; fuit:
 Admotaq; preces, & catena more vetusto,
 Quae facilē ad superos sueta parare viam.
 Visa tamen leuiter refici : lenteq; trahebat
 Pariete, vel sumpto stipite nixa gradum.
 Mox jubiens, toto resolutis corpore nervis,
 Imminuit vires, eripuitq; malum.
 Non iam ferre pedes aliquo, non flectere saltē
 Genua, nec erecto corpore stare potest.
 Neue manus ipsas immunes esse putetis,

Sapientis

24 DE D. VIRG. ASPRICOLE.

Sapius immota diriguere manus.
Seu mutare locū, ferriue, trahiue necesse est,
Quam capit à nymphis agra duabus opē:
Seu velit esse, escas alienā sumere dextrā
Cogitur, officio deficiente sua.
Sic tenero nutrix infantis porrigit ori,
Carpere quem ne cit palma pusilla cibum.
Sextus agebatur reuolutis mensibus annus.
Ex quo vix ullis viribus usā fuit.
Nil Phœbea cohors medici, nil pharmaca
prosunt.
Balnea nulla iuuāt, vnguina nulla iuuāt.
Desperata, expes ad te mitissima mater,
Numina respexit, suppetiasq; suas.
Et quia fas non est excedere finibus illis,
Ex Laicis mitti tresue, duasue petit.
Vtq; suo visant languētis nomine Collem
Orat, & ad Diuam dona precesq; ferant.
Annuit ex facilī instis Antistita verbis:
Mittit, eunt, votis supplicijsq; vacant.
Idq; duos fecrē d'es: ubi tertius ortus
Extulit, & lato sparsit in orbe iubar:
In morbo iam tum nondū te mane soluto,
Anxius angor adhuc, & dolor Anna tenet.
Non diffisa tamen: Quis, ait, quis figere legē
Audeat & Superis præstutuisse modum?
Necdū etiā nostris precibus Deus annuit: esto:
Annuet:

Annuerit: hec spes est, o age. Dina fane.
Hec ubi dicta, nouo corpus perfusa vigore,
Gestit abire toro, gestit adire chororum:
Stipes erat lecto talem vicinus ad usum:
Hunc capit at capto nil opus esse videns
Abiicit, & nullo fulgiis conamine nervis,
Mouit inoffensos obstupefacta pedes.
Ter cruce se signans, ter lata mente precata,
Lim en adit templi, virgineumque chorū.
Et prostrata solo laudes, gratesq; peregit,
Christe tibi grates, & pia virgo tibi.
Hoc facit ipsa, facit cum toto Antistita cœtu,
Et bene cunctarum dicitur ore Deo.



AN.

96
ANDREAE
STREITHAGENI
IVLIO-MERTZEN.
HAVSSENSIS,

De
DIVA VIRGINE
ASPRICOLLI.
LIBER QUARTVS
ELEGIA I.

MArgaris interea mirabile Perria fa-
ctum
Audijt, ut consors illius urbise-
rat.

Et secū: Quid enim vetat & me posse leuari
Illo, quo teneor debilitata malo?

Scilicet humanā dudum defecta medelā
Cœlestes aras, configiumque petam.

Et mihi facta via est: Nam quæ te Bruynia
iuuit,

Et facili votis annuet aure meis.

Nullos illa solet fletus contemnere virgo.

Dixit,

Dixit, & ad Diua limina vovit iter.
 Hanc sibi triginta natam, vel circiter, annos,
 Francisci obstrictam tertius ordo tenet.
 Nam quoniam durum, paucisq; imitabile vita
 Hic vir contempto vixit in orbe genus:
 Ordine mortales non uno, eodemq; sequuntur,
 Et monstrat plures regula sancta vias.
 Utq; sibi notus quisq; est, quo pectus anhelat,
 Hic alio, atq; alio ducitur ille gradu.
 Et quanquam diuersa via est: tamen omni-
 bus idem,
 Ad Superos vario tendere calle, scopus.
 Sic duo cum Romam peterent, in tempore
 Romam
 Venit, at haud eadem venit veterque via.
 Iamq; quater septem duro vexata tunore
 Mensibus in manu Perria vitrag; fuit.
 Consensu unaniui Cancrum dixerunt medentes:
 Et Cancrum certa constituit esse fide.
 Nam qualis fluvio lectis, & quant a lapillis
 Durities; talis, tantaq; visa mali est:
 Quam prater comites aderant, excessio circum-
 Liuer & exanguis, perpetuusque dolor.
 Utq; solet, late gradiens, iam iamq; sub alam
 Serpit, & infectis addere sana parat.
 Dorsum immune fuit, coepit contingere dorsum,
 Hinc reliquas leniè pestis itura vias.

E

Quis-

98 DE D. VIRG. ASPRICOLLI.

Quisquis adest, vidisse horret, refugitq; videre;
 Quid virgo, quæ vix aspicienda tulit?
 Impatiens omnis motus, omnisq; quietis,
 Ipsa sibi grauis est, displicet ipsa sibi.
 Sapius & totas (quoniā decumbere durum)
 Per noctes nullo victa sopore sedet.
 Adde, quod alterius nerui riguere lacerti,
 Nec capiti potis est applicuisse manum.
 Heu quisquamne aliud corpus pressisse misella
 Præterea, & gemitus accumulasse putet?
 Iam totos etiam tenuit bis quattuor annos
 Hernia, non ullo mitius illa malum.
 Pro quā Christe tuos fidissima pectora coetus
 Luctibus exerves, continuisque malis.
 Nempe caues, lateat ne virtus, utq; perenne,
 Quo peiora ferunt, hoc meliora ferant.
 Hoc erat uxori quare despectus lobus
 Sentiret plagas ulceræ fœda suas:
 Hinc lapides suffert, virgasq; & vincula Pa-
 lus,
 Et ter in aquoreis naufragus heret aquis:
 Hinc alij, quorū plena est sacra pagina, plena
 Historia, miserias sustinuere vices.
 Nam veluti multo ferrum splēdescit ab usu,
 Attrituque rosa longius exit odor:
 Utq; silex præbet repetitis semina flamma
 Lictibus, & multum pressa dat uia merum:
 Haud

Hanc aliter duris pietas exercita rebus

Emicat, & fructum fert agitata suum.

Partibus ex varijs medici, medicaq; vocata,

Lusa opera, doctas abstinere manus.

Etdicūt: Virgo hec nostrā immedicabilis arte,

Non nisi diuinā restituetur ope.

Hac, & Diua potēs, Colli qua pr̄sidet. Aſtro,

Adfuit, ut nullas reiicit illa preces.

Post votum, agra: Tuā nobis Antistita pace

Propositum liceat carpere, dixit, iter.

Annuit illa libens, atq; ex consortibus unam

Virginibus, comitem iussit adesse viā.

Perueniunt, orant, triniſque ex ordine sacris

Submisso intersunt utraq; virgo genū.

Margaris in primo languet, sed Corpore post-

quam

Pasta sacro, grauiter cœpit habere minses.

Tempore sacrifici terni sentire salubrem

Visa ſibi certo certius illa manum,

Qua fricet, & partes placide demulceat agras.

Quaq; malo miseram, quaq; dolore leuet,

Senserat hoc verè: neq; enim nō tota leuat, tū

Cumq; malis alijs hernia pulsa fugit.

Qua manus hoc potuit tantum praestare nse

dela,

An non diuinam dixeris esse manum?

Hac erat, hac ſe Diua ante altare iacentē

Exemplò in templo conualuisse videt:
Qua tu virginibus sanâ redeunte fuisse
 Gau lia, quâm ciues obstupuisse putas?
 Huc medici, populusq; ruunt: his cernere factū,
 Explorare illis curaq;, mensque fuit.
 Non ita complentur Ducibus venientibus
 urbes,

Quos vero patria dicimus ore patres:
 Turba nec ad portas sub regis tanta regressū,
 Cum sibi deiecta glande superbit aue:
 Nec cum mercatus pertraxit in oppida pagos,
 Tam multo pressa est ullâ platea pede.
 Vera salus aderat: non illâ certius unquam
 Lux aliud totâ publica vidi humo.

E L E C I A II.

Quod fessum Michaëla rapis Blyleui pro-
 les?
 Louanij rursum tu meminiisse facis.
 Nam tuus hac genitor vigilum Praefectus in
 vrbe
 Nō minimos Thomas inter habēdus erat.
 Isq; Deo, & Diue primâ te etate sacrauit,
 Quis tua mens omni dedita seruit ope.
 Virgineus placuit cœtus, cui nomen ab alto
 Denissi aligeri nuntia lingua dedit.
 Ah nihil in vita certum mortalibus usquā:
 Sapè

Sapè brevis varias ingerit hora vices.
 Qua modò lata fuit, nulliq; obnoxia morbo;
 Et cecinit laudes Dina Maria tuas:
 Occulto correpta mala est, defessaq; languor
 Insolitus causâ membra latente tenet.
 Ille cor assidue pressans suspiria gignit,
 Néc patitur vires corpus habere suas.
 Sudorem cunctos videoas manare per artus,
 Vno proruptum terque, quaterque die.
 Nauseaq; accessit stomachi, nec munera sumit
 Sponte, sed imperio quantulacunque cibi.
 Lanquente interea bis tres abière Kalende,
 Nec spes in medicis villa salutis erat.
 Haud equidem quisquam curae, artise pe-
 percit:
 Maius erat cura, maius & arte malum.
 Virgo Aspri Collis supereft: hanc innocat ab-
 sens:
 Huic pia submisso pectore vota facit,
 Inq; horto visit sacrum tibi Diuina cellum:
 Visenti subitus venit in ossa vigor.
 Et flexis eadem genibus procumbere luce
 Sustinet, & veteri dicere more preces.
 Hoc animos quinis non factum mensibus illi
 Addidit: ingreditur nocte silente chorum:
 Dumq; ferunt aliae diuinæ carmine laudes,
 Quà potuit, vocem iungit & ipsa suam.

Est vetus, & multo catus celebratus ad ann.

Aptus virginæ poscere matris opem.

Scilicet ut tristi lacrymarum è valle profectis

Ostendat natum ter veneranda suum.

Illiis Hermannus Contractus carminis au-
citor,

Clarus surpe, miser corpore, mente pius.

Quò postquam solito cantantes ordine nymphæ

Venere, in castas prona caterua preces:

Et, SALVE REGINA, canunt, Blyssia
sensit

Virgo, suis humeris incubuisse manum,

Et premere, atq; adèd digitos diducere tracti;

Respexit, nec quod cernere posset, erat.

A prece finita lectum, somnumque petiuit,

Deq; suo surgit viuida mane tere.

Mirantur vires, subitumq; in corpore robusti

Consortes; tanto fortius illa canit.

Sic est, sic maneat longum, longumq; precetur

Pro patriâ supplex urbe, parente, suis.

ELEGIA III.

Heu quisquam viridis placeat sibi flore
inuentæ?

Hæc solidum quisquam robur habere putet?

Sapè nouæ prima fruges ladeuntur in herbâ,

Sapè rosa inclinat vix bene nata caput.

Ipsaq;

Ipsaq; non raro spes languet in arbore pomi,
 Et feriunt teneras ventus, & imber opes.
 Nos aduersa etiam quacunq; atate fatigant,
 Sen pueros primâ, siue cadente senes.
 Angela in exemplo poterit Wouteria ponî,
 Angela diuersis pressa puella malis.
 Matthias genitor tuus est Antuerpia ciuiis,
 Qui reficit pretio dolia, qui que facit.
 Hec vita sub vere fuit, spatioque bilustri
 Additus atatis tertius annus erat:
 Cum subito infelix Apoplexi concidit ictu,
 Principè dextrum tacta stupore latus.
 Nec sine concussu, tantum tremit ossa, sedere,
 Nec sine concussu stare, gradine potest.
 Os ipsum visum vinclis, & lingua ligari,
 Et qua balba prius postmedo muta fuit.
 Deniq; sensus abit, sensu defecta priore,
 Mentis inops facta est, desipuitque palam.
 Spasmus erat mixtus: medicorum ita turbas
 ferebat;
 Ast ea non etiam turba ferebat opem,
 Ducendam ad Collem stupefactam, oranda-
 que Diua
 Numinis, diuersis vox erat una viris.
 Obsequitur, votoq; parens se damnat uterq;
 Scilicet ex ipsis ut comes alter eat.
 Iaq; erat illa dies, qua tu sanctissima Mater

Oblata in templo virgo triennis eras.
 Admonet uxorem pater, ut comitare puella;
 Hac ipsa Diua limen in urbe petat.
 Ceresus emptus erat: iubet hunc accendere
 natam
 Mater, ante aram ponere Diuatuam.
 Illa, manum quamuis manus altera tollat
 oportet,
 Exsequitur matris sedula iussa sua.
 Ardet, exstinctus nullo, mirabile, motu,
 Sponte sua, nullo flamine, viue fuit.
 Accedit rursus, rursusq. extinguitur ultrò,
 Et fit idem terna, matre stupente, vice:
 Qua prece suppliciter fusa, tibi nata salute,
 Solamen patri prona, sibique rogar.
 Inde domum redeunt. Nihil ista filia mutat
 Luce, nec à morbo libera facta suo est.
 At subeunte die prima consurgit Eoo,
 Cincta que vestitu, calceolisque venit.
 Mirantur visa pariter materque, paterque,
 Inq; suo trepide gaudet uterq; sinu.
 Ex quibus illa statim: *Quis te mea nata le-*
 uauit?
 Induit & uestes quis tibi nata tuas?
 Ipsa ego, respondet genitrix mea. Solane? sola:
 Nemo mihi praesens, auxilioque fuit.
 Tum gaudent magis: atque magis, cum sana
 puella
 Ambie-

Ambulat, & sana statq; sedetq; modo.
 Et meritas igitur submissis mentibus ambo
 Grates concipiunt, concipiuntque preces.
 Acceptamque ferunt natatibi Diuas salutē:
 Dicunt: Per Matrem est filia salua Dei.

ELEGIA IV.

HO C quoque perpetuum grato memor
 ore Gerardus.

A Bergis, medica primus in arte sonat.
 Cuius in hac eadem Christo fuit urbe dicatus:
 Filia, non merito Barbara dicta suo:
 Virginea pars una domus, cui luminis Afrē
 Aurelij præfert aurea norma facem:
 Et qua more suo, prater bona cetera, curat
 His, quibus inficit laevida lepracutem.
 Hac vbi triginta virgo sex fecerat annos,
 Incerto capitur, deicxiturq; malo:
 Sex annos adeò totos, tresque ordine menses,
 Affixam lecto decubuisse liquet:
 Nec medicis eadem sententia: reque patescit,
 Artifices morbi fallere posse genus.
 Illis atra fuit circum præcordia bilis:
 His clausus medio corpore Cancer erat.
 Hoc tamen heu nimium certum, grauioribus
 vel omni
 Percessam, nullo subueniente, fides.

E 5

Nam

Namq; ferè assiduo misera cor palpit at astu:
 Angitur, atq; animo deficit agra suo,
 Idq; vel ad tactum: tantumq;, ut dicere pos-
 sis,

In primâ rigidum funus adesse fore:
 Inde toro fragilis sternatur ut ille, moueri
 Vix anni spatio bisue, semelue potest.
 Atq; hoc quo fiat vita, quantoq; periclo,
 Edocuit quadam res manifesta vice.
 Lectus humi stratus fuerat, cum molliter &
 gram

Auxiliatrices deposuere manus.
 Hic ita languentem digito contingere nemo
 Audet, ter quinos & manet illa dies.
 Non ea plebeia & solium res nota ceterua;
 Sed quoque pricipuis res ea nota viris:
 Quos nouitas partim, partim dolor ipse coegit
 Visere, dum miseras congreguere vices.
 Hucque adeò ventum est, ut nec vel sindone
 corpus

Tergere, nec liceat tangere fulcratori,
 Qua si libasses. animo defecta iacebat:
 Et sunt à digito certa pericla tuo.
 Ergo placet nymphis spinis circundare lectum,
 Nymphis, queis agra credita cura fuit:
 Ad spondam propius ne quisquam accedere
 posset,

Et te-

Et temere admota noxius esse manus.

O miseram, dicens: Quid si tibi plura referre,

Et quæ decubitum damna secuta, velim?

Contracti ex illo tam longo tempore nerui,

Et breuior toto tibia laua pede est.

Quodq; notes, ipsos sex menses ante salutem,

Nunquam se lecto mouerat illa suo.

Qualis in egregia mors est depicta tabella,

Artificis multa quam dedit arte manus:

Talis virgo fuit, pro corpore corporis umbra,

Quam pariter dicas vivere, quamq; neges.

Si quis in hoc aliquid morbo Geniale fuisse

Crediderit, non me iudice falsus erit.

*Hinc humana minus potuit prodesse mede-
la,*

Et fuit allata de super artis opus:

*Hanc precibus poscunt: & amans Praefecta
suarum,*

Ad Diuam agrot& sustinet ire vicem.

Vt redijt, nihil immutatum videt, at agras

Spem fouet, & tales edit ab ore sonos:

Ter mihi, ter certum est, ad sacrum mittere

Collem,

Nomine qui peragant debita vota meo:

Aut si magna spei respondent numina nostra,

Ipsa locum terna nitar adire vice.

Forte sub hoc tempus quidam de more Sacerdos

Illic

Illic virginea fecit in æde sacrum:
 Quo factō, quod sapè solet, te fessa reuisit,
 Atque ait, in precibus se meminisse tui;
 Quin etiam pro te statuisse inuisere Diuam:
 Hoc tibi promissum gaudia virgo parit.
 Vulmarus sedem commissas Schetus ibidē
 Ducebat prisco tramite Pastor oues.
 Ille Sacerdoti voluit comes ire Sacerdos:
 Nec longum, sociam corripuere viam.
 Tertia digressos illinc aurora Nouembris
 In celebri pariter s̄istit utrumque loco.
 Sacra Deo, Diuaq; ferunt, cū protinus absens
 Viribus augeri Barbara visa nouis.
 Sed mox ingentes membris rediere dolores,
 Morbus & in febrem perniciosus abit.
 Ita procella tamen brevis est: meliusque vi-
 cissim
 Esse fatebatur luce sequente sibi.
 Et circumstantes lectum quascunq; rogabat.
 Ut surrecta commonet una manum.
 Commodat, & tacu iam nō offensa leuatur,
 Inque suos sese surrigit ipsa pedes.
 Hac stupet, & magno stantem clamore relin-
 quit:
 Sic fuit in mollem virgo relapsa torum.
 Lucifero subeunte, palam sese omnibus omni
 Corpore iam certò conualuisse probat.

Manè

Manè petit vestes, nulloq; induit a iuuante,
 Ambulat, & potum sana, cibumq; capit.
 Hei mihi qua voces, vel gaudia quanta vi-
 dentum:
 Nec rara lacrymis immaduere genæ.
 At tanto demissa malo magis illa, magisque
 Quotidie superæ virgo vigescit ope:
 Infundique sibi vires, vi fluminis undam,
 Desuper, & spargi per sua membra refert.
 Ergo vota valens soluit, qua voverat agræ,
 Et cupida ternum mente peregit iter.
 Hinc rediens sese populis mirantibus offert
 Spectandam, in laudes prona Maria tuas.

ELEGIA V.

Sogniaca ad finem silua, quæ siue quadrigis,
 Seu pede, Bruxellam versus initur iter,
 Est Oudergemum pagus, quem nobilis ornat
 Virgine: sedes, & loca clausa chori.
 Quaque Brabantini super hac monumenta
 dedere
 Insigni quondam pro pietate Duces.
 Hic Hadriana inter sacras Gausia nym-
 phas,
 Ter denos annos, octoque surda fuit.
 Non ego verba queror: nec cantica clara, nec

Campani validum percipit illa sonum.
 Et dolor assiduus capitis, præterq; dolorem
 Nescio quid gemina semper in aure stre-
 pat:
 Quale solet murmur fieri, cum lapsa molare
 Circumtagit rapidi fluminis unda rotam.
 Post medicos Diuia supplex bis misit ad aram:
 Eloquar? an maior res erit ista fide?
 Maior nempe fide; sed vero verior ipso
 Res ea, sed certa res ea gesta fide.
 Vix nocte à reditu lecto composta recumbit,
 Nec dum etiam dulci pressa sopore caput;
 Cum Diuam clarè vigilans assistere fulcro.
 In se figentem lumina sancta videt.
 Horruit aspectu primo; sed mente recepta,
 Ad calidas humili vertitur ore preces:
 Diuia valere opto, dixit, miserere precantis,
 Et da consueta posse salute frui.
 Nec plura: Illa statim mora est, & lumina
 nymphæ.
 Tangit, & exserta tēpus utrumq; manus.
 Addidit & voces celesti numine dignas,
 Quas visum non est edere virgo tibi.
 Mānē erat, & sensim votis Hadriana poti-
 tur,
 Dum solitus gemina sensus in aure fuit,

E L E.

ELEGIA VI.

Irem alio; sed me retinet, paucis quere ferri
 Margaris in versu se cupit ante meo:
 Cuius Ioannes Neomagus aromata sueuit
 Antuerpa celebri vendere in urbe pater.
 Bis senos annos, totidemque hac edita menses,
 Semestri à vita tempore clauda fuit.
 Pes alter palmo brevior : solet ire cothurno
 Innixa, & lenti passibus ire solet:
 Nec nisi plantarum digitis primoribus uti,
 Et vix extremo tangere calce solum.
Exita mira clavis illuc se mittier orat:
 Mittitur, & iussa est ire ministra comes.
 Iamq; dies precibus Diu&a consumptus ad aram
 Vnus, & alterius tempora lucis erant:
 Cum (dubito, Geniumne bonum, mentem-
 ne puella
 Esse putem; Genius sed bonus ille fuit)
Quidam sollicitè media inter sacra precanti:
 Surge agedum dixit, surge puella: vales.
 Illa audit, comitique refert, altumque co-
 thurnum
 Mittit, & equali fissit utrumque pede.
 Ut se Diesthemium famula comitata recepit,
 Calceolos penso comparat are pares.
 Inde domum redeunt: lati materq;, paterq;;
 In nat& credunt esse salute suam.

E. L. E.

ELEGIA VII.

TRISTIS at insequitur, nimiumque horrena
da relatu

*Historia, & paruo vix memoranda sono.
Sed tamen adnitar, quantumque erit oris,
in omne*

*Diffundam morbos, auxiliumque solum.
Nam que Christe tua est, quaque est clemen-
tia Diua;*

*Sublatis venit latior hora malis. (terra,
Diues, & in culta Flandrorum haud infima:
Vrbs est, qua varijs mercibus auctat opes:
Qua quia stagna inter posita est, interque pa-
ludes,*

*Obtinet à prisca Insula nomen avis.
Hic Catharina fuit non hoc pro nomine pura:
Busia, tartareo pressa puella iugo.*

*Nam cum primauo frueretur flore iuventa,
Iamq; quater messis quarta peracta fore:
Arcano voluit permisso numinis illam*

*Hospitium genius non bonus esse sibi.
Nec satis unus erat: plures se corpore miscent*

*Pestes, nec requiem peccus habere sinunt.
Ardentes odio pestes, semperque parata*

*Humanum dira perdere fraude genus.
Non ita toruus aper siluis indagine cinctis,*

Per

Per frutices tuta quarit abire fuga:
 Nec sic in cauearimam circumspicit omnem,
 Quia petat aëreum capti volucris iter.
 Quantum illi elabi stygio nituntur ab antro,
 Et cœtu in superis esse frequente locis.
 Hic ubi circumneunt rudentum more leonum,
 Quarentes pradas ad sua lucra nouas.
 Nēpe quibus pulsā est, nobis celi inuidet arces,
 Semper in inferno turba voluta lacus.
 Heu qua vis miseram, vel quanta insanias
 versat!
 Hostibus optarim nil ego tale meis:
 Quanquam hi. Sed coeptum satius pertexere
 carmen.
 Et quam mersetur, quoque puella malo.
 Tormentis agitur varijs, nec finis in illis,
 Et trahitur miseris, distrahiturque modis.
 Et turpes visu gestus, motusque pudendos,
 Maius & Herculeo robore robur habet.
 Quinque viri numero, vel sex persæpe vocatis.
 Turba coercende nec satis illa fuit.
 Quid, quod voce potest Græca, quod voce La-
 tina,
 Quid, quod & Hebraæ dicere voce potest?
 Quid, quod multorum culpas, & facta referre
 Abdita, qua longa praterière die?
 Miles ad Ostendam signis, castrisque relittis,
 Feceras

Fecerat hac fugiens unus, & alter iter.
 Protinus ad ciues: Ciues gaudete, rebellis
 Ostendae Hispano dedita porta patet.
 Vox erat una: patet. credunt, & amicus a-
 mico.

Nuntiat, & latâ quilibet aure babit.
 Nimirum ex facili, quod votis omnib. optas,
 Creditur, & nusquam pronior illa fides.
 Sola puella suo dictis auctore repugnans:
 Falsa, duo profugi, falsa refertis, ait.
 Addit & hoc; eosdem Nouoportu ex urbe re-
 curuis

Articulis capsam surripuisse sacram.
 Capsa ex argento, quâ ter venerabile Christi
 Seruari digna corpus honore solet.
 Inquirant: e autem, magno cogente magistro,
 Ista vel iuventa mente referre palam.
 Inquirunt, & certa fides: ita plurimae rerum
 Illius indicio, qua latuere, patent,
 At consanguinei perculsi corda dolore,
 Intantis censem nil prius esse malis,
 Quam pius expugnet prisco de more sacerdos.
 Non intermissa turpia monstra prece.
 Scilicet has Christum vires, & dona dedisse
 Antiquis sacro codice teste piis,
 Et quicunque illis vestigia iuncta tenebunt,
 Omnis ut in tanto nomine vîctor eat:

Sine

Sine males pellet genios, sine auferet angues,
Seu bibet infecto tetra venena scypho.

Nec mōra, cum lectus priscode more sacerdos,
Vim magnam furiis, & fera bella parat.
Ac veluti fortis miles, cum pugnat in hostē,
Epharetra promit Martia tela sua:

Sic genus armorum de sacris omne libellis
Hic petit, & summa sapius instat ope.

Iamque adeò septem misere de corpore pestes
Eiecta, versa terga dedere fuga.

Nam tot se genij mendax genus esse ferebāt,
Falso: res plures ipsa fuisse docet.

Quām tamen exirent, multas prius ore pi-
ella

Effundunt (dignum, quod memoretur)
acus, (nummum,

Atque ex argento erosum cum sulphure
Et te palmariferre clave modo.

Fortè fuit iuxta de circumstantibus unus,
Iam nunc ex Aspro Colle remensus iter.

Hunc ea designans: Et te iuuat, inquit, ad-
esse?

Omnia, quid venias, ecquis, & unde, scio.
Ex illo tu Colle venis, quem dicitis Asprum,

Quo tibi cum multis vi a Maria loco est.
Intenti aspectant alij, quin ipse sacerdos:

Fare age, num verum virgo loquatur, ait.
Verum,

116 DE D. VIRG. ASPRICOLLY

Verum, ait hic, & ne dubites, en frustulis
quercus.

*Adfero. de quercu non nihil ille petit:
Idque puellari quantum fuit, inserit ori,*

*Et tritum in ventrem mittere dête iubet.
Vix factum, cù se Genius sub gutture prodēs,*

*Clamat: Io lignum nil nisi pœna mihi est.
Eheu quanta mouet nobis incendia! quanta*

*Flamma furit! flamma torreor intus ego.
Talibus exululans dictis, hoc insuper addit,*

*In capto se tres superesse sinu.
Atque iterum sacro ritu discedere iussis,*

*Cedemus posita, verba fuere, mora.
Hoc Aspri Collis virgo iubet: illius ergo*

*Cogimur ad nigros vertere terga specus.
Ecquid erit signi? vitream quassabimus, ac
iunt,*

*Et vitream egressi comminuere duo.
Tertius intorsit vulsum de pariete clavum,*

*Ast abit à iusso deuius ille scopo.
Isque ita discedens: Viuat Nasareia, viuat,*

*Quæ nos è placita cogit abire domo.
Siccine diuinam merita fert laude parentem:*

*Gens Erebi, cuius triuerat illa caput?
Fert, ita sic quondam te Christe exire coacta,*

*Et tulit, & natum est testificata Dei.
Et seimel à furijs Diuæ virtute soluta,*

Ex

Ex illo mansit pura puerula die.
 Ergo iter ad Collem, quod se cum lata tulisset,
 Grata sacris luces est operata nouem.
 Quis malus ille autem vires ac numina Diue
 Abnuat, aut proptam poscere nolit opem?
 Infortunata pestes, princepsque malorum,
 Emersi stygia cuncta fatentur aqua.

ELEGIA VIII.

His iuuat Antoni Grotij subtexere nomine:
 Miles in Antuerpia finibus ille fuit.
 Hunc facta in dextrum lumen septem ante
 Decembres
 Fluxio, Phoebeam querere iussit opem.
 Sed nihil Antuerpa miserum iuuere medetess.
 Quin oculo rediit captus ad arma suo.
 Postque duos annos idem, miserabile visu,
 Fluxus in alterius luminis orbe sedet.
 Idem fluxus erat penitus, fuit exitus idem,
 Octoque post luces orbis & huius erat.
 Mox iter Antuerpam deserto Marte remessis.
 Quidquid erat, paruo vendidit ere miser.
 Omnibus insumptis, tenuem per compita vi-
 etum

Querit, & exiguum supplice voce stipem.
 Ex humeris pendet varijs consuta lacerna,
 Cūq; scypho ad lauū parua canistra latus.
 Et ba.

III DE D. VIRG. ASPRICOLLE.

Et baculo prenso timide vestigia ponens,
Fortunam puero flet praeunte suam:
Heu miseram ceci sortem, misere scite caci,
Vir cacus magno solus in orbe miser.
Nec terras cernit, nec coeli lumina cacus,
Heu miserum caco quid magis esse potest?
Venerat in mentem Diua rumoris ab aurâ,
Destinat, & puero cœpit adire duce.
Tres illic manet usque dies, supplexque pre-
catur,
Bisque die vitreos lumina fonte lauat.
Luce nihil primâ: subeûte, in vertice sauit,
Principiè circa lumen utrumque dolor.
At ternâ, sacro percepto corpore Christi,
Vespere dum timidas fundit in ade preces:
In geminis rumpi sibi vincula sensit ocellis,
Iamque patent ambo, iâ, velutâte, videt.
Mille mali testes illius, mille salutis,
Quorum veraci clamat in ore fides.

ELEGIA IX.

T Andem Hadrianus adest Bruxellâ A-
sbroeckius urbe.
Publica quæ notū munera gesta dabat.
Huius edax natum, morbus grauis, occupat
Herpes,
Atque exest artus ô Gulielme tuos.

Nam

Nam fuit ille genus, qui quod ferus omnia
circum

Exedit, à medicis nomen Edentis habet,
Isque modo flamma subito diffunditur astu,
Multaq; per tectum pustula corpus abit.

Nec facies immunis erat: vacat ulceris ore
Os solum. foedo cat era pure fluunt.

Desino pruritum pueri, frictumque referre,
Et pleno stillas sanguinis ire sinu.

Iamque cutem penetrant diuersis ulceris
membris,

Ipsaque depastis carnibus ossa patent.
Quām miser aspectus! vix hic assistere quen-

quans

Crediderim, aut tantū posse videre m' alū.
Ipsi desistunt medici, secumque queruntur,

Paeonia nullam cernier artis opem.
Spes erat in Diuā: Fuerum deferre parentes,

Atque offerre sacro sustinuere loco.
Quo factō, redière domum, praterque salutis

Spem, primum in misero nulla medelā
patet.

Sed mox siccari, mox & decrescere sensim
Ulcerā, & ad sanum cuncta coire vidēt.

Neue morer, morbi penitus sublata fuere
Intra ter quinos omnia signa dies.

ELEGIA X.

Sed nec Ioannes quidquā Courtesius ultrā
 Antuerpa ex tāto vulnere clavis habet.
 Hic gladio punc̄im rixa feruente petitus,
 Non procul Hoockstrata vulnus ab arce
 capit. (pollex
 Perque manum transacta fuit, qua surgere
 Incipit, & cubito cuspis adacta tenus.
 Abscissi pendent omnes, miserabile, nerui,
 Omnis & emissō sanguine vena micat.
 Inter opem medicam super inflamatio venit,
 Et quodcumque bona iussit abire spei.
 Nec verò medici tantum celare periculum,
 Pectoris aut sensum dissimulare sui.
 Aut erit in tenues mittendus spiritus auras;
 Aut absindendus falce lacertus erit.
 Hac patefacta graues mouit sententia luctus,
 Atq; malum dicto par in utroq; fuit.
 Maluit ille mori, quam tantos ferre dolores,
 Alter & absissa Mutius esse manu.
 In Diua sed enim, Diua, qua prāsidet Hallis,
 Spes erat: huic humili pectore vota facit.
 Protinus à voto, sparsa per membra salute,
 Post paucos cœpit robur habere dies.
 Ergo iter Antuerpam tendit; sed tendit &
 Hallas,

Sub-

Submissâ voti soluere voce fidem.

At non plena salus aderat: riguere priores

Articuli, & motu tres caruere suo:

Ipsaq̃ manca manus. Non hoc sine numine
factum

Siue tuo Iesu, siue Maria tuo.

Scilicet huic Asprum miraclo adtexere Collē

Stabat, & his reliqua ferre salutis opem.

Quo postquam tulit ille pedes, procumbit ad
aram

Pronus, & o votis annue numen, ait.

Deinde sacerdotē, statuam cōtingere spharic

Orat, queis solitus dinumerare preces.

Dum recipit, laxata manus, iā tota moueri,

Iam claudi, obducto vulnere, sana potest.

ELEGIA XI.

Admonui, qui/ quam fieri ne posse putaret;

Vt legeret chartis cuncta nota a meis.

Praterij neque pauca sciens: quām multa nec
ip̃si

Publicio scrib̃a facta reiecta palam:

Nam celare volunt multi, nec in acta referre,

Contenti in tacito gaudia ferre sinu.

Et quāvis nostro memorētur plurima versu:

Esse ferē dictis altera tanta liquet.

Sed iam tempus adest Elegis imponere finem,

F

Tempus

Tempus & exacto claudere MIR A pede.
Non tamen & Diuina claudet clementia fon-

tem,

Quaque, ijt, ô semper lymphâ salubris eat.
Vnum hominis super externi mirantibus ad-

dam,

Quem sic mutatum Belgica tota stupet.
Vrbs est Heluetia in medio, qua nomen ab

ipsâ

Luce trahit, Latio dicta Lucerna sono:
Ad Fractum montem, flusso contermina

Rusa,

Commoda in Italiam quâ datur ire via.
Huius Ioannes Clemens in parte creatus,

Bruxellam tulerat cum patre versus iter,
Austriacus Princeps quâ tempestate regebat

Ernestus placidâ Belgica frenâ manu:

Cui diuturna viro si tempora fata dedissent,
Solamen patrî mit e Leonis erat,

Non ita Christe tibi visu: sed Principe rapto,
Qui desiderium leniat, alter adest.

At pater ob linguas clarâ de stirpe Polono

Tobia Metzna venerat ipse comes:

Quo solo ille solet varias interprete gentes
Audire, & noto reddere verba sono.

Ioannes sedenim maternâ informis ab aliis
Claudus, & extrema debilitate fuit.

Vidif-

Vidisse, hominis monstrum vidisse putasse,
Et facies toto corpore talis erat.

Vtraq; cum gemino contracta, & turpiter
ipsum

Antrorum in pectus tibiae versa pede:
Et genua, ut concreta, harent iniuncta, nec
usquam

Pars digitii immitti quantulacunq; potest.
Quin cavitas, & cœnutei sub pectore viss,

Postquam diuina rectus abiuit ope.

Quid, quod utrumq; femur similes habuisse
lacunas,

Atque imo ventri iuncta fuisse patet?
In corpus, breuiter, visus concresse globosum,

In aliquid prorsus stare, iacere, gradiri.

Quid faceret? sedet usq; miser, serpitque se-
dendo,

Palmarum nixu, quas sua fulcra iuuant.
Hæc patri peperit deformis forma dolorem,

Hæc peperit matri tristia fata sua.

Occidit in partu, casq; hic ventre cadentia.

Infanta cali lumina vedit aue.

Ille igitur talis BelgI delatus in oras,

Extiterat longæ sarcina mœsta via.

Et varijs cum patre locis fuit: undiq; densò

Agmine spectatum fœmina, virq; riunt:
Vtq; hominum varij diuerso in pectore mores,

Hic detestatur, congemit ille vicem.
 At genitor (nēq; n. leuis illū cura remordet)
 Nil non sollicita mente requirit opis.
 Consultitur quisquis Phoebeis aribus agrum
 Speratur tantis posse leuare malis. (rum,
 Missus & ad thermas Grani peruenit Aquar.
 Ut foueat tepidus membra ligata liquor.
 Omnia nequicquam: Non hunc valet arte
 Machaon,
 Non morbum inuētis pellere Granus aquis.
 Interea misera spes una, atq; unica sortis,
 Pradonis stricto corruit ense pater.
 Qui gemitus aut qualacryma? Me, me opti-
 me, clamat,
 Me miserū externo linquis in orbe pater?
 Heu cui nunc cura ulla mei? quod denique
 restat
 Confugim? tecum res mea, spesq; iacet.
 Ecquis n. posthat, quis erit, cui conquerar uni?
 Quisū mei gemitus conscius unus erit?
 Aeger, inop., expes, longinquis versor in oris,
 Et nunc sētitur quod mihi cunq; mali est:
 At te crudelis Scyron, qui cæde paternā
 Non veritus seuas conseclerare manus,
 Te Scyron crudele caput, crux dira manebit.
 Aut si quid poterit tristius esse cruce.
 Interea sceleris trepidet mens conscientia semper,
 Nec

Nec sit luce tibi, nec tibi nocte quies.
 Hac ubi: Bruxellam redit, paruoque relicto,
 Non multos patrio victitat are dies.
 Consumpto, infelix alienâ viuere dextrâ
 Cogitur, & tenui se tolerare cibo.
 Antuerpâ, Batauosq; ipsos, ipsosq; Walachros
 Hinc adit; at captus religione redit.
 Vicatimque iterum victim molitur, & illê
 Exigua totus in stipe census erat:
 Donec eū ciues, premeret ne semper egestas,
 Ponere pingendi tempus in arte iubent,
 Quiq; rude doceat fidum reperere magistrum:
 Discit, & hac ipsâ ponit in arte diem.
 Et labor est varios terere, & miscere colores,
 Aut tabulas operi perpolisse rudes:
 Aut hominis facie crassa informare Minceru.
 Quaque artis sunt prima pericla noua.
 Hic verò motus fama, qua plurima fertur,
 In sacrum vellet posse venire iugum.
 Quid se Diuus meos, inquit, miserata dolores.
 Et mihi tam multos adferat inter opem?
 Adferet, hæc spes est, qua si non irrita fallit,
 Illa mihi requies, illa leuamen erit.
 Dixit, & in curru Demera vectat⁹ ad undas,
 Pronus in & diculam repit utraque manus.
 Inde sacerdoti culpas aperire latentes
 Sustinet, & vita paenituisse sua.

F 3

Hostias

Hostia quin etiam syncero sumitur ore,
 Hostia submissa ter veneranda genu.
 Mox angit, & collabi animo, totumq; dolere
 Corpus, & à summo sudor adire pedes.
 Ire foras, refici, morbus vetat, inq; facello;
 Nolle putat, totum cogitur esse diem.
 Vesper erat, Diua laudes de more canuntur:
 Ante aram timida supplicat ille prece.
 Sentit humo tolli se, vincisque remissis,
 Contortos solui, deycierque pedes:
 Atque id, quo tecti, per vim thorace reuulso:
 Nec mora, directus sistit utroque pede.
 Obstupuerè alij: stupuit mutatus & ipse,
 Deficiensq; iterum corpore, mente, cadit.
 Erecto in sedem vestes, quibus integrat artus,
 Et vestes alias, & feminale ferunt.
 Augescunt vires, paruaq; exsucca replentur
 Carnibus, & multo sanguine crura mera.
 Mirū aliud, paucis: Idē graue vulnus in ipso
 Vertice ter quinos cuperat ante dies.
 Illud hians etiam diuina sponte coire,
 Sponte cicatricem ducere cœpit ope.
 Cognita res turbis illis, hac cognita coram
 Res Bruxella tibi, Louaniumque tibi.
 Vidistis miserum dupli proserpere palma,
 Quā prius in Diua fuderat ade preces.
 Vidistis recto redcuntem corpore vobis,

Rof.

Postmodo, ut in Diua fuderat ade preces.
 Nam quid ego adijciam quantus concursus
 ad illum,
 Dum maiora cupit quisque videre fidei.
 Et medicis, quotquot fuerat vox omnib' una,
 Hanc vere summi numinis esse manum..

ELECIA XIII.

Prendit io portū puppis mea, gloria nato,
 Ac matri, quorum verrimus aquor
 ope.
 Hic mihi figatur demissis anchora velis,
 Et teneat paruam dente tenacem.
 At tu Diua parens sanatis omnibus unum
 Adijke, nec variis despice vota tui.
 Non ego membra meo, non sola in corpore
 membra,
 Sana velim, quāuis hæc quoq; sana velim:
 Sed vitijs caruisse animi, quæ gignere sueta
 Culparum vita millia multa mea.
 Non tot sublimi numerātur in æthere stella,
 Nec guttæ aquoreæ tot numerantur aquæ.
 Ille ego sum, lenis patris qui iussa relinquens,
 Peruersas volui perditus ire vias.
 Nempe sues intersiliquis, & furfure vesci
 Dignus, & immunda ponere corpus haræ.
 Nec verò, nec me nati iam nomine dignor:

Sat, seruos inter si licet esse patris.
 Tu facito liceat, redditum tu Diua parato,
 Et sancta vacuum crimine siste prece.
 Præterea uocitata tuo de nomine coniunx,
 Et gemini nati, nataque sola mihi est.
 Hos mecum pariter cunctos ô virgo tuere,
 Atque esto domui non aliena mea.
 Præcipueq; unū, quod mens intelligit, aufer,
 Materiam versus & mihi porge noui.
 Tunc votiuatu dederō cū munera templo,
 Subscribam: Meritis, optima Diua, tuis.
 Sic Christi simus toti, seu vita super sit,
 Seu vocet extremo funeris hora die.

ELECIA XIII.

HÆc incepit domi Diæ benefacta ca-
 nebam,
 Historica texens singula quaque fide:
 Dum vacat Heinsbergum corrupta luctibus
 aura,
 Et cumulat funus funere dira lues.
 Quæ prius occulto scintillans somite paucos
 Afflat, & ignaros fallit acerba mali.
 At subito, dñ nulla fuit fuga, sparsa per urbē,
 Letifero plures inficit igne domos.
 Impia, qua viua (miserū) domināte relinquāt
 Matres progeniem, coniugiumque viri.
Et iam

Et iam nulla atas morbi, vel funeris expers.
 Non sexus: mi'cet quoq;libet ista lues.
 Principio totum concusſi frigore corpus,
 Ardent; properant membra fouere foco:
 Non secus, ac si quem lōgo iam tēpore fractū,
 Corripiat certo febris ankela die.
 Et mox vel vomitus, vel (qua nota certa
 futuræ:

Mortis) corruptus manat ab ore crux.
 Postque graues somnos capit is dolor instat, &
 agris
 In quadam apparent ulcera parte sui.
 Qua postquam tetrū misere in viscera virus,
 Spes vita pārua desinit esse mora.
 Sapè aliquis succos commixtis ebit herbis,
 Et rapido currit, quo potis usque, pede.
 Sapè placet morbo veniente incidere venam,
 Tentare & medica quidquid habetur opis.
 Sed frustrā: neq; n. pestis non omnia vincit.
 Et finem in solo funere morbus habet.
 Quisquis in urbe pedem ponit, licet absit ab
 agris.

Nil nisi triste audit, nil nisi triste videt.
 Quām graue campano turbari semper ab era.
 Cum toties signum mortis in æde datur?
 Quām miserum toties una, præunte feretro,
 Luce Caballini scandere montis iter?

20 DE D. VIRG. APRICOLLI

Ac ne sola putas cali vitia esse periclo,
In multis morbi est unica causa timor.
Ergo non pauci, tanta ut contagia vitent,
Linquere funestum constituere locum.
Me quoque cum natis, & dulci coniuge paulū
Debitus his ipsis cedere iussit amor.
Ulo pandebant vicini tempore pagi
Ex urbe egressis hospita tecta viris.
Nosq; in Schömarti cernebat Ophouia villa,
Qua nusquam Musis aptior illa meis.
Omnia pro voto: domus , & comi hospita
vultu,
Quiq; foris tenuit lumina nostra viror.
Secessus nobis intra pomaria valles,
Obscurus dumis, arboribusque locus.
Ter patet in longum, quantū contingere possit
Mensoris gemina pertica iusta vice.
Assidue Zephyris vepres, herbaq; tremebant,
Multaq; sub densa fronde canebat avis.
Hoc mihi Parnassus dictū nem⁹: illius umbra
Deserta longe gravior urbe fuit.
Ilic vidisse fallentem carmine caras
Me studijs totos inuigilare dies.
Vos frutices testes, & quacunque imminos
arbor,
Quaq; meo remanet semita facta pede.
Nec piscine alia spatiari parte volent

Ripa,

LIBER IV.

192

Ripa, nec in medijs in sula de crat aquis.
Rus raseo, rurisq; vias, & amœna salicta,
Horisque, & rigo pascuā lata solo.
Gratia Gertrudis quondam Schommarthia
coniunx


Pro mihi concessō munere magna tibi.
Dum mihi, dumque meis, quam ducunt, vita
ta manebit,
Nap ullus poterit non memor esse tui.
Dumq; meus viuet (si viuet) in orbe libellus
Non poterit lector non memor esse tui.

F I N I S.

C. L.

M Inutos errores, ut difficile est
euitare, Candide Lector; ita
diligentiae tuæ corrigendos relin-
quo. Vale.





In Aspicollinam

ANDREAE STREITHA-

geni, viri eruditissimi ut optimi

Fr. Amandus Fabius amicus.

Dignum re carmen, quantum res carmine
digna!

*Maximares: fateor. nec minus illud opus.
Nulla quidem pars materia facundia tanta,*

Sit licet illa potens ore, sit illa manu:

*Si tamen humano valet aut vult carmine
dici,*

Andrea, dici vultque valetque tuo.

Sic age: quæ Cœlo fluxit tibi vena secundo,

*Refluat in Cœlum. Virginis acta cane,
Acta, stupescerat quæ nupera cōscius orbis;*

Quæ dixit Iustus, Virginis acta cane.

*Non canis ingrata. Pia Mater & optima
Virgo*

Tam bene laudantem quam bene respiciet?